54/1036 ✓

# MUSEUM CORTONENSE

IN QUO

VETERA MONUMENTA

COMPLECTUNTUR

ANAGLYPHA, THOREUMATA, GEMMÆ INSCALPTÆ, INSCULPTÆQUE

QUÆ

IN ACADEMIA ETRUSCA

CETERISQUE NOBILIUM VIRORUM DOMIBUS ADSERVANTUR

IN PLURIMIS TABULIS ÆREIS

DISTRIBUTUM,

ATQUE A FRANCISCO VALESIO ROMANO, ANTONIO FRANCISCO GORIO FLORENTINO, ET RODULPHINO VENUTI CORTONENSE

NOTIS ILLUSTRATUM.




ROMÆ MDCCL.

SUMPTIBUS FAUSTI AMIDEI BIBLIOPOLÆ IN VIA CURSUS.

TYPIS JOANNIS GENEROSI SALOMONI IN FORO S. IGNATII.

SUPERIORUM PERMISSU.

CKD 80

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

*Eſt locus Italiæ medio ſub montibus altis*
*Nobilis, & fama multis memoratus in oris.*

Virg. Æneid. lib. VII. verſ. 567.

UNIVERSITY OF LONDON WARBURG INSTITUTE

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

REVERENDISSIMO PATRI DOMNO

# ALEXANDRO JOSEPHO
# CHIAPPINO
## PLACENTINO

*Congreg. Canonic. Regularium Lateranenſium Abbati Generali.*

FAUSTUS AMIDEUS
S. P. D.

CUM recte exiſtimes, REVERENDISSIME PATER, omnibuſque innoteſcat, ut ſentiunt alii plerique Reipublicæ Litterariæ Principes, e notitia veterum Antiquitatum pendere cognitionem exactam omnium Hiſtoriarum: Marmora ſiquidem, Nummi, Gemmæ inſcalptæ, inſculptæque, & reliqua priſci ſæculi ſupellex non minus illuſtrant res a nobis magna



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

ſæculorum ſerie diſſitas, quam tenebras vincunt Funalia. Exempli vice ſint non tantum Clariſſimorum Virorum labores, quantum ea, quæ quotidie e cæno atque e latebris eruuntur, atque eruditorum hominum collectiones locupletant. Hinc eſt, quod tu, REVERENDISSIME PATER, non parum temporis, aurique impendis ad tuum Placentinum Muſeum augendum ruderibus antiquitatis omni modulo, omnique metallo jam locuples, quamplurimis ad penitiores Phyſicæ obſervationes pertinentibus, e penetralibus naturæ erutis collectiſque. His igitur perpenſis nulli equidem alii Muſeum Academiæ Etruſcæ Cortonenſis, quod in lucem quam ornatius mittere ſtudui notis perbrevibus adjectis Clariſſimorum Virorum, nulli equidem alii, inquam, inſcribendum duxi, quam Tibi harum lautitiarum exiſtimatori pereximio; quique etiam quamplurima in hoc Volumine comprehenſa, tam in Academia, quam in aliis nobilium



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

bilium Cortonenſium domibus propriis oculis perluſtraſti, admiratuſque magna cum laude receſſiſti.

Cum igitur profiteri poſſim, atque etiam debeam nihil eſſe in hiſce ſtudiis peculiare, atque exoticum, quod non pertingat vivida acies Genii, atque Ingenii Tui, hinc hiſce inductus argumentis Patrocinium tuum imploro, abſtinens pluribus, ne te inutiliter fatigem. Te interim Deus Opt. Max. ſervet, & tua cæpta fortunet, ut præſtantiſſimæ Congregationis, cui præſides, ſplendorem magis, magiſque propages in Patriæ ornamentum, cui tu omnes tuas curas impendis, atque in publicæ litterariæ rei bonum. Valeas.

*IMPRI-*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Magiſtro Sacri Palatii Apoſtolici.

*F. M. de Rubeis Archiep. Tharſi Viceſg.*

QUam univerſus Literarius Orbis in diſertiſſimis Academiæ Cortonenſis Lucubrationibus agnovit, atque probavit omnigenam eruditionem, acutiſſimum de rebus difficillimis judicium, ac elegantiam, nitoremque ſermonis, hæc ego omnia miratus ſum in opere, quod inſcribitur *Muſeum Cortonenſe &c.* quod ſumma legi animi voluptate, id mihi Rmo P. Mag. S. Pal. Apoſt. demandante. Cum itaque nihil in eo offenderim, quod Fidei, morumque legibus adverſetur, exiſtimo Typis eſſe vulgandum; ut quod Cl., & magni nominis Viri Franciſcus Valeſius, Antonius Franciſcus Gorius, & Rodulphinus Venutus, prælaudatæ Acad. Socii, egregio ſane labore in unum congeſſere, in totius cedat Literarum Reip. bonum.

*Fr. Dominicus Vincentius Maria Bertucci*
*O. P. S. Theol. Profeſſor.*

IMPRIMATUR.

Fr. Joſeph Auguſtinus Orſi Ordinis Prædicatorum Sacri Palatii Apoſtolici Magiſter.

A D

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

# AD LECTOREM.

CORTONAM antiquum *Corythum* cenſent eruditi; quem Virgilius ſæpe numero in Æneide æternis carminibus non ſolum antiquiſſimum, verum etiam ante Trojæ ædificationem ſtetiſſe, ac floruiſſe memoriæ mandavit. Dardanum enim ex Corytho Etruriæ prodiiſſe cecinit Lib. VII. v. 207.

*Dardanus Idæas Phrygiæ penetrarit ad Vrbes*
*Threiciamque Samum, quæ nunc Samothracia fertur*
*Hinc illum Corythi Tyrrhena a ſede profectum.*

Neque difficile erit oſtendere eandem urbem eſſe Corythum, atque Cortonam teſtimonio Silii Italici libro octavo, qui Cortonam domum Tarchontis, & alibi eam nomine Corythi vocatam inter Arretium, & Cluſium ponit; quidquid contra dicat Cl. v. Franciſcus Marianus, innixus ſimplici unius auctoris conjecturæ, qui vellet utroque Silii in loco lectionem pervertere, quum omnes quotquot ſunt antiquiſſimi codices *Corythum* habent; & Cortonam *Corythum* fuiſſe clariſſimi viri Philippus Cluverius, Ferrarius Alexandrinus, Baudrandus, Senator Bonarota & Rodulphinus de Venutis in Diſſert. 1. Tom. IV. Diſſert. Acad. Etruſcæ, omneſque ſanæ mentis, additis quamplurimis Virgilii enarratoribus in hanc rem calculum ferentibus.

Hoc autem inſigne nomen a Corytho Etruriæ Rege, atque Dardani ædificatoris parente habuit, ut ait Servius, ad Virgilii locum Æneidos Lib. III. v. 167.

*Hæ nobis propriæ ſedes, hinc Dardanus ortus:*
*Jaſiuſque Pater, genus a quo principe noſtrum.*
*Surge age, & hæc lætus longævo dicta parenti*
*Haud dubitanda refer: Corythum, terraſque require*
*Auſonias* ——————

Ferrarius Alexandrinus vult Cortonam a Corytho Etruriæ Rege vocatam Corythum, quaſi Corythonam, & inde Crotonam affini vocabulo, a Græcis: iis enim familiare fuit R literam ante, ac poſt ſubiectam vocalem promiſcue collocare. Unde nil mirum, ſi Crotonam, & inde Cortonam poſtmodum dixerunt, ut ait Dionyſius Halicarnaſſenſis.

Sed operæ pretium eſt animadvertere quot quantique nominis auctores de Cortona verba fecerint; & primo poſtquam antiquiorem ipſa Troja audivimus Urbem noſtram; antiquiſſimus Hiſtoricorum Herodotus, qui vixit circa Olympiadem 84. narrans Pelaſgorum in

Italiam

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Italiam, Etruriamque profectionem; multas ætates ante bellum Trojanum, Cortonæ in Urbe florentiſſima ſedes eos poſuiſſe teſtatur, atque ibidem adverſus Umbros munitionem ſtatuiſſe; quare ſuo adhuc ævo Cortonenſes lingua Pelaſgica, atque a ceteris Etruriæ pagis diſſimili uſos fuiſſe teſtatur Lib. I. Cap. XVII. Quæ hiſtoria a Dionyſio Halicarnaſſenſi confirmatur Lib. I. Cap. XXVI. & XXVII. qui eodem modo quo Herodotus Cortonam vocat Urbem Metropolim Etruriæ, atque magnam, & fortunatam. In Herodoto vero non Cortona, ſed Κρηςῶνα occurrit, & hoc pro Κροτῶνα ut ait Holſtenius, oppido Pelaſgorum in Etruria, ὑπὲρ Τυῤῥηνῶν; itemque Berkelius. Adde ipſam *Creſtonam* Italicam ſuſpectam eſſe, & forte apud Herodotum non Κρηςῶνα, ſed Κροτῶνα legendum: quod profecto ſatis docte ab Jacobo Palmerio in criticis Exercitationibus ad Herodotum ex Dionyſio Halicarnaſſenſi demonſtratur.

Hoc itaque nomine, ſicuti ceteris, quibus varie a Græcis ſcriptoribus demonſtrabatur, etiam a Stephano Byzantino deſcripta fuit. Κροτῶν, ἔςιν ἑτέρα πόλις, Τυῤῥηνίας Μητρόπολις, καὶ ἔςιν Ιταλίας. *Croton eſt altera Urbs Metropolis Etruriæ, & tertia Italiæ*: ſicuti in verbo Κρηςῶν, eandem urbem deſcribit.

Exactis itaque ex Aboriginum finibus iiſdem Pelaſgis, nihil præter Crotonam urbem vetuſtiſſimam reliqui manſiſſe tradit Dionyſius Lib. I. Cap. XXVI. & notandum hanc migrationem Pelaſgicam in Etruriam, ut obſervavit Rykius, & doctiſſimus noſter Academicus Juſtus Fontaninus, eruditæ antiquitatis decus, & ornamentum, factam periodo Juliana 3186. ante primam Olympiadem, anno 752. adeoque 344. ante epocham Trojæ captæ ſecundum Euſebii Scaligeriani calculum, ad Erathoſtenis canones correctum.

Si vero fabulæ a nobis adeundæ ſint, liceat ad excidii Trojani tempora mentis aciem convertere, atque ecce Urbem a Lycophrone, ac Theopompo commemoratam. Stephanus Byzantius hic quoque in verbo Γόρτυν, obſervandus. Θεόπομπός φησιν, ὅτι παραγενόμενος ὁ Ὀδυσσεὺς, καὶ τὰ περὶ τὴν Πηνελόπην ἐγνωκὼς ἀπῆρεν εἰς Τυρσηνίαν, καὶ ᾤκισεν εἰς Γορτυναίαν, ἔνθα καὶ τελευτᾷ. *Theopompus ait, quod rediens Ulyſſes, & noſcens apud Penelopem acta, tranſit in Etruriam, & habitavit Cortonæ, & ibi mortuus eſt.*

Lycophron quoque hanc Γορτυναίαν commemorat, ad quam illuſtrandam Tzetzes ex Theopompo Tyrſeniæ Γορτυναίαν exiſtimat Cortonam eſſe Urbem Etruriæ antiquiſſimam. Quæ nam igitur laus accedere poterit Etruſcæ Urbi, quando Ulyſſis quoque domicilium atque rogum elargita exiſtimetur, qui ſuam Ithacam tanti feciſſe memo-

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

memoratur, qui fumum illius ut videret, aut auctor eſt Cicero immortalitatem dicitur recuſaſſe?

Illud quoque ſilentio minime prætermittam Lycophronem eo in loco ubi meminit ſepulcri Ulyſſis, mentionem facere *Pergi* montis, de quo ne verbum quidem fecerunt ejus enarratores, qui, ut arbitror ejuſdem montis topographiam ignorarunt. Sciendum igitur eſt *Pergum*, ad hanc diem ita appellatum, eſſe montem prope Cortonam ſitum, ab ejus radicibus exſurgentem, valde amœnum, omnibuſque deliciis, & villarum nobilium civium frequentia valde famoſum, quæ etiamnum vernaculo ſermone *Pergo* appellantur; quare hunc eſſe illum montem a Lycophrone laudatum nullus dubito.

Incenſo poſtmodum Ilio, Tarchon Rex, Telephi filius, cum in Etruriam veniſſet, Cortonæ ſedem ſtatuere, utpote in magna, atque munitiſſima urbe voluit, ut ait Silius, qui Cortonam Tarchontis domum appellat.

Hunc advenienti Ænææ in Italiam ſuppetias tuliſſe manifeſtum eſt ex Virgilio, Cortonam antiquiſſimo Corythi vocabulo indigitante.

Neque obſtat Tarchontem Tarquinii Urbem Etruriæ excitaſſe, uti ex Stephano liquet, verbo Ταρχώνιον, πόλις Τυῤῥηνίας &c. cur alibi non potuerit habitare, ut putat Cl. Franciſcus Marianus in ſua Etruria Metropoli? quinimo neceſſe habuit alibi primo non minimum tempus traducere, quandoquidem novam Civitatem tam cito advena ædificare non poteſt.

Ad hæc tempora Etruria in δύο, καὶ δέκα ἀρχηγετίδας diviſa uſque ad Romanam fortunam memoratur, teſte Dionyſio Halicarnaſſenſi lib. IV. qui deinceps lib. IX. has πολεῖς ſeu Civitates vocat. Sic T. Livius Lib. IV. V. & VI. duodecim Populos Etruriæ appellat, inter quos doctiſſimi homines, & quiſquis in eruditione cordatus, Cortonam numerandam eſſe non it inficias.

Ita Philippus Cluverius, & Lucas Holſtenius verbo Περῤαισιον ad Stephanum, & Clar. Fontaninus Archiepiſcopus Ancyranus de Antiquit. Hortæ l. 1. cap. 1. Neque tantum unam ex XII. Etruriæ civitatibus, ſed ceterarum caput extitiſſe ex Livio liquet, Decad. III. lib. 2. Sed ubicumque pugnatum eſt, Romana res ſuperior fuit. Itaque a Peruſia, & Cortona, & Arretio, quæ ferme capita Populorum ea tempeſtate erant, Legati pacem, fœduſque a Romanis petentes, inducias in triginta annos impetrarunt.

Fractis vero Etruſcorum exercitibus ad Lacum Vadimonis, diu multumque tranquillam ſocietatem cum Romanorum potentia conjunctam habuiſſe gaviſa eſt Urbs nobiliſſima, donec late patentem agrum diverſis viciſſitudinibus hoſtili, & Romano ſanguine undantem videret. Polybius



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

bius lib. III. Ὁ γε μὴν Αννίβας ἅμα μὲν εἰς τοὔμπροσθεν ὡς πρὸς τὴν Ρώμην προήει διὰ τῆς Τυῤῥηνίας, ἐυώνυμον μὲν πόλιν ἔχων τὴν προσαγορευομένην Κυρτώνιον, καὶ ταύτης ὄρη. δεξιὰ δὲ τὴν Τρασιμένην &c. Hoc eſt : *Hannibal interea per Etruriam ſuos ducere Romam verſus, habens ad lævam Urbem Cortonam, & adjacentes ei montes, ad dextram lacum vocatum Thraſimenum, &c.* & Livius III. Decad. Lib. II. *Hannibal, quod agri eſt inter Cortonam Urbem, Thraſimenumque lacum, omni clade belli pervaſtat, quo magis iram hoſti ad vindicandas ſociorum injurias acuat. Etjam pervenerat ad loca inſidiis nota, ubi maxime montes Cortonenſes Thraſimenus ſubit. Via tantum intereſt peranguſta, velut ad ipſum de induſtria relicto ſpatio: deinde paullo latior pateſcit campus, & colles exſurgunt.*

Neque difficile eſt effuſi Romani ſanguinis noſtro ævo meminiſſe, quandoquidem ab inſueta, ac formidoloſa clade feralia remaneant nomina, Sanguinetum, Vallis Proelii, Sepultuaria, Cæſi, Oſſaria, ab oſſibus ibi cæſorum, ubi poſitum ſequiori ſeculo hoc diſtichon affixum legitur.

NOMEN HABET LOCUS HIC OSSARIA AB OSSIBUS ILLIS

QUÆ DOLUS HANNIBALIS FUDIT ET ASTA SIMUL.

Nec mirum eſt cadaverum aratro effoſſorum, & elephantum ſæpe numero in apricum extrahi a ſedulis cultoribus, qui gigantea reperta credentes, exultant, ut ait Virgilius Georgicon Lib. I. v. 495.

*Exeſa inveniet ſcabra rubigine pila;*
*Aut gravibus raſtris galeas pulſabit inanes,*
*Grandiaque effoſſis mirabitur oſſa ſepulcris.*

Hinc Leander Albertus, & Ughellus in Italia Sacra, Cortonam giganteum conatum appellare non dubitant.

Coloniam poſtmodum Romanam recepit Cortona, teſtimonio Dionyſii Libro primo. Ἔξω γὰρ Κρότωνος τῆς ἐν Ομβρικοῖς πόλεως ἀξιολόγου, καὶ εἰ δή τι ἄλλο Αβοριγίνων οἰκισθὲν ἐτύγχανε, τὰ λοιπὰ τῶν Πελασγῶν διεφθάρη πολίσματα. ἡ δὲ Κρότων ἄχρι πολλοῦ διαφυλάξασα, τὸ παλαιὸν σχῆμα, χρόνος οὐ πολὺς, ἐξ οὗ τήν τε ὀνομασίαν, καὶ τοὺς οἰκήτορας ἤλλαξε, καὶ νῦν ἐστι Ρωμαίων ἀποικία, καλεῖται δὲ Κορτωνία. Hæc ita interpretata ſunt. *Nam præter Crotonem Umbriæ civitatem memorabilem, & ſi quod aliud tenuerunt Aborigines domicilium, perierunt reliqua Pelaſgorum oppida. Croton vero cum diu retinuiſſet veterem formam, non multo ante noſtram ætatem, & cives mutavit, & nomen facta Romanorum Colonia, & Cortona vocata.*

Itaque ſi cui umquam Urbi Tyrrheniæ nomen inditum eſt, hoc uni Cortonæ congruit ex Hellenico Mitylenaeo Herodoti antiquiore, a tot

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

tot antiquis auctoribus laudato, ut illuſtres Socii Palatini adverſus Cl. Marianum in Diſſertat. Ital. luculentiſſime demonſtrarunt.

Cortonenſes Cives *Stellatina* Tribu cenſos, utpote olim ex Etruria a Stellate fluvio accita, antiqua, quæ apud eos exſtant, marmora, atque in Cortonenſi ſolo eruta, diſerte teſtantur, ut

M. SERTORIVS. M. F.
ST. VERECVNDVS
CORTONA
MIL. COHORT. PR. 7. ANNI
VIXIT. ANNIS. XXI.
MILITAVIT. ANNIS. V.
EX. T. F. I.

Quorum illuſtrandorum ſpartam non inviti reliquimus Clariſſimo Viro Antonio Franciſco Gorio Academico noſtro, de priſcis monumentis, ac præſertim Etruriæ noſtræ optime merito. Veteris inſcriptionis fragmentum in Cortonenſi agro repertum proferre libet; ex quo colligere poſſumus, Præfectum, vel Correctorem Etruriæ, Cortonæ ſedem habuiſſe: id ita ſe habet.

ETELLIVS. C. F. STEL. GA
IIII. VIR. AED.
METELLIVS. C. F. S.
IIII VIR. AED. Q.
ETRVRIÆ IIII VIR.

Idem confirmatur diſertiſſimo Claudii Rutilii Numatiani teſtimonio. qui in Itinerario, quod ſcripſit, imperantibus Honorio, Arcadio, & Valentiniano Auguſtis anno ab V. C. MCLXIX. tempeſtate ſua Decium optimum, ac doctum virum, Rectorem cum imperio Etruriam gubernaſſe, atque Cortonæ ſedem habuiſſe, narrat.

*Hæc eadem, quum Flaminiæ regionibus irem,*
*Splendoris patrii ſæpe reperta fides.*
*Famam Lachanii veneratur numinis inſtar*
*Inter turrigenas Lydia tota ſuos.*
*Grata bonis priſcos retinet provincia mores,*
*Dignaque Rectores ſemper habere bonos.*
*Qualis nunc Decius, Lucilli nobile pignus,*



Per

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

*Per Corythi populos arva beata regit.*
*Nec mirum, magni ſi redditus indole nati*
*Felix tam ſimili poſteritate pater.*
*Hujus vulnificis Satyra ludente Camœnis*
*Nec Turnus potior, nec Juvenalis erit.*

Ceteros vero Magiſtratus, nempe Quatuorviros Juri dicundo, VI. viros Auguſtales, ut in marmore nuper effoſſo

C. TITIO. CL. CELERI
DOMO. CORTONA
VIVIR. AVGV.
LIBERTI. EIVS.

Ædiles, & Quæſtores in ſplendidiſſima Cortonenſium Colonia fuiſſe, itemque alia honorum genera, quæ Municipiorum, Romanarumque Coloniarum ſplendorem, & decus augent quammaxime, profecto extra dubitationis aleam, tum alia antiqua monumenta, tum quæ apud nos extant, probare poſſunt, quæ omnia ab Hiſtoricis quoque Tartaglino, & Rondinellio animadverſa fuerunt: Alii ex Diſſert. XI. tom. I. Diſſer. Acad. Etruſcæ id apparet, ubi Cl. Nicolaus Vagnucci Patrit. Corton. Diſſertationem profert ad Inſcriptionem in Muſeo Capitolino Romæ adſervatam, in qua legitur

C. TVTILIO. HOSTILIANO
PHILOSOPHO. STOICO
DOMO. CORTONA
PATRI. OPTIMO
C. TVTILIVS. IVSTVS
FILIVS
TVTILIA. QVINTA
TVTILIA. QVARTA
FILIAE

Accedunt rudera magnifici Templi, ubi pulcherrimæ etiam nunc columnæ ex Oriente deductæ viſuntur, in loco dicto *Farneta* quarum nonnullæ extant in elegantiſſimis prædiis March. de Venutis vulgo *Catros* appellatis; Quod reor Baccho dicatum fuiſſe. Sed perpauca ex his, quæ non ita pridem defoſſa ſunt, antiqua monumenta, operæ pretium eſt breviter recenſere: Anno MDCCXXX inventa ſunt veſtigia antiquorum balneorum, quorum pavimentum, opere teſſellato multa elegan-

tia

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

tia ſtratum fuit; inventique ibidem tunc plumbei tubi, qui aquas in ea derivabant. Sub oculis identidem ponam vetuſtiſſimum Sarcophagum Etruſce ſcriptum, idque adſervatur in Pinacotheca Venutiana; cujus notæ Latinis characteribus ita forſitan interpretari poſſunt.

LARTS: ANEMI FELSINAL



Id quanti momenti eſſe poſſit maximopere intelligitur, cum *Lars*, *Lartes* nomina fuerint Regum Etruriæ, ut *Lars* Tolumnius, atque *Lars* Porſena; quum ſæpe ſæpius Etruſca nomina deſinentia in L reperiantur. Et ex Plinio notum eſt unum ex Etruſcorum Regibus Felſinum Bononiæ Urbis parentem, & conditorem fuiſſe. Nonnullæ aliæ Etruſcorum urnæ in Civium domibus adſervantur, ex quibus tantum duæ in hoc primo volumine adducimus, ad ſpecimen earum tantum oſtendendum.




*Mimica geſticulatio Etruſcorum Hiſtrionum ad magnitudinem ærei archetypi, CORTONÆ reperti, et ibidem in Academia ETRVSCA explicati Anno 1728*

Sigillum hoc ad magnitudinem ærei archetypi Cortonæ reperti, tres ex aere Hiſtriones, & procul dubio Etruſcos ex cultu, & ſoccis, ad ala-
rum

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

rum modum terminantibus, repræſentat, ex quibus deprehenditur mimica geſticulatio Etruſcorum Hiſtrionum, de quibus quum cl. Rodulphinus de Venutis Cortonenſis, ſatis luculenter verba fecerit in Academia Etruſca ann. 1728. nihil in præſentiarum addendum puto.

Denique pulcherrimam ex auro armillam intra Cortonæ mœnia repertam una cum compluribus Conſularibus nummis ſub domo Viri Nobilis Dominici de Thomaſiis, exhibeo. Hoc Etruſcarum feminarum peculiare, atque elegans ornamentum, a Romanis mulieribus, indeque a militibus, ducibuſque uſurpatum fuiſſe lapides inſcripti teſtantur.

Neque prætereundum duco hic loci errorem, qui eruditos homines tenuit, qui inſignem in Vaticano jacentem Statuam ornatam ſimili armilla quum vidiſſent, illam Cleopatræ nomine celebraverunt. Armillam elegantiſſimam, de qua paullo ante dicebam, duo angues circumvoluti conficiunt.

Quid dicam de cl. V. Equitis Galeotti Corazzi Ridolphini Muſeo? Jam per Italiam totam pervolat nomen ejus, & plura ejuſdem ærea Etruſcorum ſigna inveniuntur in operibus Cll. VV. Antonii Franciſci Gorii, ac Paſſerii, aliorumque. Præter nunc celebratum non aſpernandæ ſunt aliorum nobilium Virorum collectiones, videlicet Equitis Jo: Baptiſtæ Mancini, Canonici Reginaldi Sellari, Nicolai Vagnacci, Philippi Alticozii, & præ ceteris Marchionum de Venutis, cujus domus omnibus, quæ ad litteras, ac bonas artes pertinent, referta eſt.

Lapſo Romanorum imperio, Gothorum, Longobardorumque viciſſitudines, fortunæque injurias Urbs noſtra paſſa eſt; quo tempore ajunt D. Leonem P. M. Romæ natum, Quinctiani vero Cortonenſis filium, floruiſſe. Subſequutis autem temporibus libertatem ſibi vindicavit, ſicut ceteræ Italiæ urbes, majeſtatemque Romano more duobus Conſulibus, atque domeſtico Senatu ſervavit, etiamſi nihil eorum habuerit quæ dixit in Italia hoſpes Dempſterus Etruriæ Regalis Lib. V. Cap. IX. Quamplurimos in Hieroſolymitana expeditione nobiles Ephebos Cortonenſes, arma, atque claſſem habentes miſit, qui per multum poſtea tempus nomen ſuum in Creta inſula reliquerunt in Portu Cortonenſi dicto: quæ omnia Abrahamus Ortelius retulit, atque in Tabulis P. Bertii videri poſſunt.

Sita eſt Urbs in excelſo monte, e dorſo ad elatius cacumen porrecta, Planitiem habet ad meridiem longe lateque patentem, adeo ut ejus proſpectus e ſummo monte quaqua verſus ſit oculis longe jucundiſſimus: eſt enim humilibus collibus diſſeminata; ut via e longinquo proſpicientibus adſurgere videatur. Ad ortum Solis habet Traſimenum lacum; cujus ripæ pulcherrimæ rotundo orbe aquas includunt, colorem maris

æmu-

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

æmulantes, cladeque Flaminii Conſulis Punico bello nobilitatas. Montes, qui a Septentrione latus explicant, a Livio, & Polybio deſcribuntur.

Ceterum & qua ager planus eſt, & qua montoſus, uberrimis ſegetibus, lætis arboribus, olivetis, vineiſque nobiliſſimis abundat. Vina certe ab Andrea Baccio jure meritoque celebrantur. Sunt & ſaxi fodinæ, ex quibus nobile marmor, etſi minus notum, eruitur ex Jaſpidis genere, viride, nigris maculis, amethyſtique fruſtulis intertextis. Nec deſunt quæ naturalem Hiſtoriam, Botanicam, Pharmaceuticamque juvare poſſint. Urbis mœnia immanibus, quadratiſque extructa ſaxis, antiquitatem præſeferunt indubiam; ejuſdem ſane ſtructura eſt Crypta, quam noſtrates Pythagoræ appellant, in qua, ferunt, Philoſophum olim degiſſe; Nos vero ſepulcretum cenſemus. Cortonam Viros ſanctitate, doctrina, armis inſignes omni ſæculo habuiſſe legimus, quos longum eſſet nunc recenſere. Ad Urbis vero ornatum non deſunt perpulchra templa Bramantis, Sangallii, Georgii Vaſarii, & Equitis Fontanæ opera, plurimaque excultiſſima arte Civium Equitis Radii, Philippi Berrettini, & Antonii Jannelli Architectonices peritiſſimorum, videntur. Picturas illuſtrium Civium Lucæ Signorelli, Petri Pauli Gobbi, Petri Berettini, & Lucæ nepotis, aliorumque Italicorum artificum videre eſt in privatis publiciſque ædibus. Epiſcopium, Prætorium, Xenodochia plura, & ſi quæ ſunt alia Civium non aſpernanda, ex induſtria prætermitto. Quæ de Eccleſia Cortonenſi dicenda forent, ex Ughellio, atque ex ejus Adnotatoribus petenda ſunt. Illud equidem gloriandum, proximis ab hinc annis, ſtudio, ac ſolertia nobilium Juvenum, Societatem inſtitutam eſſe percelebrem, quam Academiam Etruſcam vocant. Hi nullis impenſis parcentes Muſeum inſtructiſſimum compararunt, publicæque utilitati exponi juſſerunt, ut veterum Etruſcorum præſertim colligerentur monumenta, quæ in hac potiſſimum plaga in dies proferuntur. Hinc plurima jam aſſequuti ſunt vetuſtatis inſignia, lapides Etruſce inſcriptos, fictilia vaſa, & quæ ad rem herbariam, metalla, maris frutices, & Opticen pertinent. An referam aliarum rerum ſupellectilem, numiſmata, Romanos lapides, excultas gemmas, pondera, anaglypha, ſigna, & ectypa, iconiſmos, unde facile poſſint eruditi Socii haurire antiquitatis notitiam? Ex his aliqua ſecernimus, additiſque aliis præclaris monumentis, quæ in nobilium Urbis domibus adſervantur quamplurimis tabulis æreo viriculo exculptis, & publici juris faciendum duximus, cum eruditis, ac perbrevibus cl. Virorum notis, præcipue cl. Franciſci Valeſii Romani jam aliquibus abhinc annis vita functi, qui eas jam exaravit ineunte ſæculo, dum major antiquitatum pars erat penes cl. V. Onuphrium Baldellum Patritium Cortonenſem Academiæ E-

truſcæ

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

truſcæ facile principem, & inſtauratorē. Sed ad Muſeum Academiæ redeundo ne quid deeſſet, publicam etiam Bibliothecam in eodem Muſeo dedicarunt, in qua per ſingulos menſes de ſingulari eruditionis parte aliqua, ab uno Sociorum diſſeritur. Ex his Diſſertationibus aliquas ſelegimus, ac publici juris fecimus, non mediocri Literatorum plauſu jam in 4. tomos diſtributas, cum V. & VI. tomus jam ſub prælo ſint. At quid plura? illud certe pro Academiæ hujus ſplendore dixiſſe ſufficiat, plurimos Europæ clariſſimos Viros ſeſe in ea connumerari voluiſſe, ut qui ſperent fructus ex ea aliquando ſe percepturos, quibus Reſpublica literaria maximum capiat juvamen, & ornamentum.

INDEX

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

# INDEX ALFABETICUS GEMMARUM, ALIARUMQUE ANTIQUITATUM.


| | |
|---|---|
| *Achillis interitum.* | Tab. 53 |
| *Aiexander Magnus.* | 69 |
| *Anaglyh. marmoreum.* | 20 |
| *Antinous.* | 76 |
| *Antoninus, & Fauſtina.* | 77 |
| *Amor cycno inſidens.* | 29 |
| *Apollo, & Marſias.* | 25 |
| *Apollinis ſymbola.* | 26. 27 |
| *Aratus.* | 70 |
| *Bacchus Etruſcus.* | 7 |
| —— *Infans.* | 35 |
| —— *ex Aere.* | 8 |
| *Bacchans.* | 10 |
| *Baccha.* | 58. 59 |
| *Bonus Eventus.* | 46 |
| *Candelabrum æreum.* | 80 |
| *Caſtor, & Pollux* | 51 |
| *Ceres.* | 30 |
| *Dea Etruſcorum ignota.* | 12 |
| *Dea Cæleſtis.* | 24 |
| *Dedalus.* | 50 |
| *Diomedes.* | 54 |
| *Eques Chimeram impetens.* | 49 |
| *Faunus.* | 9 |
| *Fauſtulus.* | 55 |
| *Fortuna.* | 48. 49 |
| —— *Delphino inſidens.* | 42 |
| *Fortunæ ara.* | 43 |
| *Gryphus Etruſcus.* | 21 |
| *Haruſpex.* | 65 |
| *Haſta militaris.* | 81 |
| *Hercules Cerberum domans.* | Tab. 37 |
| —— *Tripodem aufereus.* | 38 |
| *Hiſtriones Etruſci.* | 18. 19 |
| *Hyenæ caput.* | 57 |
| *Idola Etruſca ignota.* | 5. 13. 14. 15 |
| *Infantis caput.* | 78 |
| *Julia Titi.* | 75 |
| *Juno.* | 6 |
| *Jupiter Etruſcus.* | 4 |
| *Juppiter.* | 23 |
| —— *Ammon.* | 22 |
| *Leo Nemeus.* | 39 |
| —— *Papilionem ore ferens.* | 40 |
| *Lucernæ Chriſtianorum.* | 84. 85 |
| *Mars.* | 33. 34 |
| *Mercurius.* | 31. 67 |
| —— *Montanus.* | 32 |
| *Mænia Urbis Cortonæ.* | 1 |
| *Miles Etruſcus.* | 17 |
| *Milites fidem præſtanues.* | 52 |
| *Nero, & Agrippina.* | 74 |
| *Numa Pompilius.* | 72 |
| *Ovidius Naſo.* | 73 |
| *Patera Etruſca.* | 79 |
| *Pietas.* | 47 |
| *Providentia.* | 41 |
| *Priapi Sacrificium.* | 16 |
| *Ptolemæus Soter.* | 71 |
| *Roma.* | 56 |
| *Sacrificium.* | 61 |
| —— *Saluti.* | 62 |




Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

*Sacerdos Etruſcus.* Tab.63
—— *Ruſticus.* 64
*Saltatores Mimici.* 60
*Serapis.* 66
*Sepulchrum Cortonenſe.* 2. 3
*Solon.* 68
*Triclinium Etruſcum.* Tab.82
*Venus.* 28
—— *Etruſcu.* 11
*Vertumnus.* 36
*Victoria.* 48
*Urna Etruſea.* 73


COR-

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute



# MUSEUM CORTONENSE.

## CORTONENSIS URBIS MŒNIA ETRUSCA.

### *TABULA I.*

INTER priſcæ Etruſcorum magnificentiæ monumenta ſedulo me contemplantem ad ſe rapiunt Cortonenſium vetuſtiſſimæ, ac nobiliſſimæ Urbis, quam Livius inter XII. Etruriæ Urbes, & capita Etruſcorum populorum recenſet [1], Auguſta Mœnia: quæ licet irruentium temporum injurias, ac bellorum teterrimas clades non effugerint, pauciſque in locis pulcherrimam ſui ſpeciem oſtentent; tamen & diruta etiam, & collapſa valde placent, ut rudera



(1) Lib. VIII. & IX.

ipſa, quorum moles integro olim opere civibus præſidio, atque ornamento, hoſpitibus ſpectaculo, hoſtibus terrori fuerunt, digna ſunt ut ab eruditis ſpectentur, laudenturque. De hujuſce inclitæ Urbis origine, ſumma dignitate, ſplendore, atque opulentia, quum egerint opulenter clari ejus Cives, quos inter honoris, & eruditionis palmam præripuere nobiliſſimi Venutii Marchio Marcellus, & Abbas Rodulphinus Romanarum antiquitatum clariſſimus Præſes [2], ſupervacaneum eſt, ut lucem luce augere, & conluſtrare, præter etiam inſtitutum meum, irrito labore coner.

Lapides, quibus Mœnia Cortonenſia, quæ adhuc compluribus in locis perennant, ac perſtant, & ipſi quadrati ſunt, conſtant vero è vivo ſaxo. Saxa hæc portentoſæ magnitudinis abſque calce ſimul conſerta, & conjuncta ſunt. Multa enim duodecim Florentina, ut vulgo dicunt, brachia, hoc eſt pedes Romanos circiter viginti duos longitudine ſua excedunt; altitudine vero brachia tria: quod quicumque voluerit, facili negotio deprehendet adhibito circino; nam ſubjecta ſcala eſt, cui lapides omnes adamuſſim reſpondent. Eadem Tabula mænia extenſa per ſpatium brachiorum L. repreſentat, quæ extrinſecus ad Portam S. Dominici ſpectantibus occurrunt. Hanc portam indicat in eadem Tabula littera A. Eodem ordine, eademque immanium lapidum ſtructura progrediuntur vetuſtiſſima mœnia a parte B. longo deinceps locorum intervallo. Hiſce mæniis ſequutis temporibus adjectum eſt ad colligendas aquas caſtellum, quod in eadem Tabula littera C. indicat.

Altitudine ſua hæc Etruſci admirandi operis mænia

(2) Vet. Mon. p.1. cap.8. pag.67. Vid. in Part.II. Inſcript. ant. Etrur. Urbium in principio ad Cortonenſes adlatas antiquas Inſcriptiones. Vid. Diſſert.1. inter Cortonenſ. Academiæ EtruſcæDiſſert. Tom.IV.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

nia brachia duodecim, vel etiam tredecim equant; ſed antiquitus multo altiora fuiſſe compertum eſt; hæc enim octo commiſſorum, ſuppoſitorumque lapidum lineas continent. Murus ſuperne adſtructus alia redolet tempora antiqua quidem; non ea tamen, quum validæ res eſſent Etruriæ urbium, æedemque opibus, & viribus florerent. Ampliſſimorum mænium adlato exemplo, aliæ plurimis in locis perſimiles reliquiæ adhuc perſtantes, conſpiciuntur, quæ urbem fere totam ambiunt. Miſerat, & aliam Tabulam a ſe accuratiſsime delineatam, ornatiſsimus Eques Galeottus Coratius Patricius Cortonenſis, in qua expreſſus cum ſuis menſuris proſpectus mænium Cortonenſium, quæ extra urbem ad Portam, quæ *Colonia* nuncupatur, tum ad dexteram, tum ad lævam euntibus ſeſe oſtendunt. Sed hanc Tabulam non omnino neceſſariam duxi; quum antiquiſsimorum mænium prægrandes lapides, qui ſuperſunt, quatuor, aut quinque lineas ab imo ad ſummum, & in his, atque in aliis locis non excedant, & eundem Etruſcæ ſtructuræ ordinem ſervent; adeoque cum adlato exemplo omnino conveniunt. Hæc Cortonam, nempe Corythum Urbem validiſsimam, & munitiſsimam fuiſſe clariſsime docent, cujus antiquiſsimam originem complures Scriptores nobiliſsimi, inter quos Herodotus, aliique plures apud Dionyſium celebrant; quæ propter originis, nominis, & opulentiæ avitam gloriam a Stephano Τυῤῥηνίας Μητρόπολις, *Tyrrheniæ Metropolis* vocatur.

*Gorius.*

SE-

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

# SEPULCRUM ETRUSCUM CORTONENSE.

## *TABULA II. ET III.*

NOMINIS, & gloriæ propagandæ cupiditate, ac ſtudio adeo Etruſci Lydorum quoque, auctore eodem Herodoto [1], filii, flagrarunt, ut in magnificis operibus, & præclaris inventis ab aliis Nationibus ſuperari puduerint. Quod attinet ad ſepulcra, de quibus ſermo, Cortonenſe longe vetuſtiſſimum, quod exhibent hæ duæ allatæ Tabulæ, tam perſpicue refert antiqui ævi intaminatum, ac ſimplex decus, ac magnificentia, ut admiratione potius, quam ſummis laudibus artificioſiſsimam Tuſcanicam ſtructuram, & ſolerctiſsimi Architecti ingenii proſequi poſſim. Tota Crypta, ſive Hypogæum ſepulchrum, conſtat tantum viginti ſupra ſeptem ingentibus lapidibus, abſque calce, ſcitiſsima compagine invicem inter ſe conſertis, colligatiſque, quemadmodum oſtendit Tabula Prima littera A quæ Ichnographia hujuſce inſignis Sepulcri exhibet. Hodie ad Occaſum verſus duo tantum laterales lapides C. C. deſiderantur. Spectatu digni ſunt omnes lapides ſcalpro expoliti, & hi præſertim adhuc integri, qui totam cameram, ſive fornicem admirando opere conſtituunt, quorum unum ſuperne eminentem, tectum indicat littera F. In utroque angulo portæ, quæ meridiem reſpectat (lit. B.) cum ſuperiore, tum inferiore indicia adhuc apparent cardinum; quapropter oſtii fores æratas fuiſſe conjicimus,

(1) Clio lib. I. 93.

mus. Parietum lapides ita invicem colligati, ut quadratæ formæ ſex loculamenta, tria nimirum inferiora, & tria ſuperiora; intermedia menſa lapidea conficiant, quæ oſſuariis, ſive cinerariis urnis recipiendis adſignata fuiſſe credibile eſt. Quod autem miror, tota Sepulcri interior area, ſive religioſum terrenum (littera H) imitari Chriſtianam Crucem videtur. Latitudine occupat brachia Florentina III. ſupra dimidium: longitudinem vero IV. $\frac{3}{4}$ Ea loculamenta, ſeu mavis ædiculas indicant litteræ D. D. D. His accedunt alia duo ſingularia loculamenta ſuperne exciſa in utriuſque lateris inferiore pariete, atque in eo quod ad Orientem conſtitutum eſt, quod littera E declarat. Ea pariter recipiendis urnis cinerariis ſublimioris gradus hominum, quod ab humo honoris gratia adtolluntur, dedicata fuiſſe, ſi placet doctis viris, non abſurde credam. Dignorem, proindeque principem locum obtinuiſſe crediderim loculamentum illud ſuperne arcuatum, quod ſepulcrum ingredientibus, & Deos Manes, ut mos erat, ſalutantibus, ſtatim in conſpectum occurrebat, ac ſeſe offerebat, illudque littera G indicatum a me eſt.

Huc uſque interiorem Hypogæi Sepulcri Cortonenſis ſtructuram contemplati ſumus: nunc exterior dilucidanda, quam exhibet altera Tabula exteriorem ſepulcri hujuſce frontem, qua in illud per portam, Meridiem verſus poſitam, patet ingreſſus, denotat littera A; ſubjecta in his Tabulis ſcala cum portæ, tum lapidum menſuram offert. Lapides, qui longitudine ſua totum æquant, & cooperiunt ſepulcri fornicem, ſunt quinque, quos perſpicuitatis gratia Barbaritcis numeralibus notis nempe 1. 2. 3. 4. 5. indicamus; qui vero tot punctis diſtincti ſunt, injuria temporum labe-



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

labefactati ſpectantur. Num. 6. indicantur prægrandes item lapides laterales, qui ambiunt longitudine ſua totum ſepulcrum. Num. 7. & 8. ſtipites, oſtium conſtituentes, ſpectantur. Num. 9. Epiſtylium, ex integro lapide totum conſtans, indicatur. Num. 10. lapis, diſci medietatem referens, claudens ſepulcri frontem, declaratur, cui quinque lapides fornicem componentes innituntur.

In ſepulcralibus Romanorum titulis frequens mentio fit itus, adituſque, introitus, & ambitus monumenti. Aditum habuiſſe ſepulcra Etruſcorum oſtendit hoc Cortonenſe. Primum igitur occurrit oſtium, & ipſum ſubterraneum, quod indicat littera B præſtabantque introitum, & aditum ad ipſum ſepulchrum, cujus oſtium valvis claudebatur. Ingreſſi per hoc oſtium, viam, ſive aditum ingrediebantur, & hunc ipſum ſubterraneum, quem declarat littera E. Huic oſtio ſuperne incumbit epiſtylium ex integro, ac ſolido lapide, cujus longitudinem indicat litt. C. nempe brachiorum Florentinorum IV. $\frac{1}{3}$ latitudinem brach. II. craſſitiem vero $\frac{3}{4}$. Hinc inde murus adhuc ſupereſt, quadratis ſaxis veterrimo opere Etruſco conſtructus, quem monſtrat litt. D. Primum igitur figura ipſa docet, veſtibulum conſtitutum fuiſſe ante introitum in Monumentum, quod & in Hypogæo Etruſco Volaterranorum obſervavi. Idipſum & in Romanorum ſepulcris ædificatum adnotavit doctiſs. Reineſius [2]. Littera F deſignat foveam non multis ab hinc annis factam, facilitatis comodique cauſa ab his, qui ſubterraneam viam ingredi voluerunt; nam oſtium quod in eadem Tab. II. indicatur litt. B. adi-

(2) Syntagm. Inſcrip. antiq. Claſſ. V. n. 14.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

aditus proibendi cauſa, recenti cementitio opere ſaxis obſtructum eſt.

Neque vero hoc dumtaxat Hypogæum ſepulcrum apud Cortonenſes fuiſſe; ſed alia etiam eodem admirando opere extructa, conſtat ex Codice Ms. Rinaldi Baldellii Cortonenſis ſua tempeſtate celebris Antiquarii, qui nunc apud nobiles Alticotios adſervatur. Is igitur, qui ſcripſit anno 1570. hæc, quæ mecum communicavit omni cum laude nominandus Galeotus Coratius Eques D. Stephani, adnotavit adlato ſepulcro alterum omnino ſimile ſua tempeſtate adhuc ſupereſſe ſecus viam, qua itur ad *Camuciam*: deinde alia duo enumerat, alterum infra Eccleſiam S. Vincentii conditum, cujus rudera adhuc ſpectantur in agro olivis conſito nobilis Viri Franciſci Vagnuccii Cornelii Filii: alterum vero extare, ubi nunc condita cernitur Eccleſia S. Mariæ Novæ.

Adnotat prælaudatus Baldellius, tria hæc [3] Hypogæa ſepulcra, opere Tuſcanico extructa, alteri a me adlato ſimillima fuiſſe; conſtaſſe vero hæc quinque tantum ingentibus lapidibus egregia arte ad regulam expolitis, quarum unus fornicem, reliqui vero latera ſepulcrorum quadratæ figuræ conſtituebant. Sepulcrum illud prope Ædem S. Vincentii, & alterum ad *Camuciam*, dolet ſua tempeſtate jacere dirutum, fuiſſeque pene deletum a quodam homine præſtigiis dedito, qui in his theſauros ſe effoſſurum ſpoponderat; alterum vero tunc everſum eſt, quum a ſolo conderetur Eccleſia S. Mariæ Novæ; qua occaſione erutum narrat prægrande dolium fictile, in quo vas æneum pulcherrimi operis reconditum egregie ſculptum, in quo item aliud vaſculum æneum repoſitum cine-

(3) In ſuo Ms. Cod. pag. 69. a terg.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

cineribus defuncti oppletum. Memorat etiam ibidem effoſſa arma quædam militaria, vaſcula item non pauca, & ſepulcrales lucernas: quæ omnia Magno Duci Etruriæ dono miſſa fuere.

Ex his igitur adlatis deſcriptionibus manifeſtum eſt, Cortonenſe hoc Hypogæum perquaminſigne, quod adhuc perſtat extra Portam S. Vincentii, quarto ab Urbe lapide, pro ſepulcro inſerviſſe; quod & aditus ſubterraneus, veſtibulum, & interiora ipſa loculamenta exciſa in lapideis parietibus, urnis cinerariis ſervandis deſtinata, perſpicue declarant: idque clarius patebit ex ſchemate Etruſci ſepulcri Falarienſis a me alias adducto. Sed apud Cortonenſes jamdiu ea invaluit vetus opinio, hanc Cryptam olim incoluiſſe Pythagoram, poſtquam in Italiam venit, ſæculis quinque fere ultra dimidium ante Chriſti nativitatem, evitata Polycratis tyrannide; quare vulgus etiamnunc hanc Cryptam appellat *la Tanella di Pittagora*, quod ſupra memoratus quoque Baldellius Cortonenſis ſilentio noluit præterire; cenſet tamen rei antiquariæ peritus, ſepulcrum fuiſſe: ita ſcribens: *Percioché quella Celletta di Pietre antiche, chiamate ora dal Volgo* la Tanella di Pitagora, *doveva eſſere, come ancora oggi dimoſtra, una ſepoltura anticha, di quelle, che ſi ſolevano fare avanti l'avvenimento del noſtro Redentore Gesù Criſto: & maſſime che a Cortona ſi ſono trovate delle altre ſimili &c.* Veroſimilius igitur mihi quoque videtur, remotiſſimis temporibus hoc inſigne ædificium pro ſepulcro conditum fuiſſe; nam & cum aliis Etruſcorum ſepulcris probe convenit, uti in noſtro Etruſco Muſeo jam adnotavimus.

*Gorius.*

JU-

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

# JUPITER EX AERE

## TABULA IV.

JOVIS ſimulacrum vetuſtiſſimum, atque in ipſa artis infantia confectum extat Cortonæ in celeberrimo Etruſcorum Academicorum Muſeo. Facile perſuadeo, hoc ſignum referre poſſe IOVEM SVMMANVM, nempe INFERVM, cui Etruſci nocturna fulmina tribuere [1]. Fulmen peculiaris formæ, quod dextera præfert, e genere terrenorum eſſe videtur; nam rectum tenet SVMMANVS Juppiter [2]; cum è contrario frequentius obliquum teneat Juppiter fulminator, qui in aliis antiquiſſimis monumentis repreſentatur. Quod vero Tuſci *Summanum* devenerati ſint, indicat Mons circa Piſtorium, qui ejus nomen retinet, & *Mons Summanus* dicitur [3].

Non ſolum corpore nudus exhibetur Juppiter, verum etiam imberbis, & juvenili ſpecie decorus. Capilli, retro prolixi, atque intonſi, frontem plexu quodam perbelle coronant. Talis forte fuit Juppiter cognomento ANXVR, quem Tuſci circa Campaniæ tractum ſumma religione adorarunt, una cum Feronia Virgine, ejuſque tutelæ, ac præſidio ea arva commendarunt, ut docet Virgilius:

. . . . . . *Quis Juppiter* ANXVRVS *arvis*
*Præſidet, & viridi gaudens* FERONIA *luco*.

Servius in hunc locum, IOVEM, ex eo ANXVREM appellatum cenſet, quaſi ἀνευξυρȣ, ideſt ſine novacula, quaſi barbam nunquam raſiſſet. Plinius vero vult,



(1) Vid. Plin. lib.2. cap.3.
(2) Gor. Part.2. Inſcrip. ant. Etrur. Urb. pag.126.
(3) Lib.VII. Æneid. verſ.799.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

ANXVR eſſe vocem Volſcorum [4], qui Tuſcorum Coloni fuere. Idem a Livio [5] memoratur: ANXVR *fuit, quæ nunc Tarracinæ ſunt. Deinde* [6] ANXVR *in Volſcis brevi receptum eſt*, quare haud facile dixerim utrum ne Urbs Jovi, an vero Urbi Juppiter nomen fecerit. Sed de hoc Jovis cognomine, vide quæ notat eximius vir Claudius Dauſquius [7].

*Gorius.*

# JUNO EX AERE

## *TABULA V.*

HOc Junonis ſimulacrum, uti credimus, Tuſca arte confectum, cætera hujuſce generis vetuſtate ſuperatur. Extat in celebratiſſimo Muſeo Cl. Equitis Corazii. Erutum eſt non procul a Traſimeno, loco Cortonæ proprius, quam Peruſiæ proximiore. Junonem referre auguror, ac forte Feroniam, quam tum Peruſini, tum Cortonenſes coluere. Tutulo caput exornatur, collum torque, tunica ſcutulis, quaſi gemmis, & floribus eſt diſtincta; & circa brachia parvis bullis, vel fibulis eleganter adſtricta. Calcei pulcherrimi ſunt, quales Junoni conveniunt, quæ ut canit Virgilius *inceſſu patet Dea*. Aures grandes habet, oculos quoque, quales Junoni tribuit Homerus, bovi ſimiles.

Juno Feronia in tota Etruria, & apud Sabinos, Latinoſque populos, Templa habuit longe, lateque fama celeberrima, itemque lucos vetuſta religione ſacros:

(4) Lib.3. c.V.
(5) Lib.4. circa finem.
(6) Idem lib.5.
(7) Tom.2. Ortographic. pag.51. & in Silium Italicum lib. VIII. pag.349.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

cros: quos Cluverius, Fabrettus, & Coradinus ex antiquis Scriptoribus luculenter deſcribunt. Duas Ædes inſignes recenſere libet: illam ſcilicet, quam in Tuſcia ponit Ptolemæus, in quem locum *Petram Sanctam* ſucceſſiſſe adnotat ejus Interpres, & Cluverius [1]: alteram in tractu Campaniæ, in Agro Terracinenſi ad Circejos extructam, in qua Juno virgo, quam *Feroniam* dixere, uti proximo in Templo *Juppiter Anxur*, divinos honores, & quidem maximos, accepere. Meminit hujus Ædis Feroniæ Horatius [2], Plinius [3], & Servius [4].

*Gorius.*

# JUNO EX AERE

## *TABULA VI.*

HÆc imaguncula ærea haud facile dixerim, an Junonem referre poſſit. Hanc lubenter profero e Muſeo Coratio, ut Deam cernuo corpore effictam, atque Etruſco auguſtiori diademate coronatam, conſideremus. Inventum eſt hoc perparvum ſignum in Villa Tadei Orſelli Patricii Cortonenſis in loco, qui vulgo *il Campaccio* vocatur.

Juno tota Etruria maxime erat culta *Eris*, *Hera*, ab Etruſcis dicta, cum corona radiata, bullis, armillis, inauribus ornabatur; quandoque ejus diadema duplici ordine diſtinctum cernitur. *Cupra* etiam Etruſco nomine vocabatur, & *Soſpita*, ſive *Siſpita*; Templum inſigne apud Lanuvinos extabat, cujus ingentia

(1) Geogr. lib.III. c.1. Tab.VI. Europ.
(2) Lib.1. Satyr.V.
(3) Lib.II. cap.LV.
(4) Ad Æneid. lib.VII. verſ.799.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

tia rudera adhuc cernuntur, ibi Virgines ſerpentibus in Templo aſconditis eſcam præbebant. Sed quid plura cum in Etruſco Muſeo omnia quæ ad Etruſcam Junonem pertinent ſatis ſuperque explevimus.

*Gorius.*

# BACCHUS ETRUSCUS EX AERE

## *TABULA VII.*

DUPLICI aſpectu delineatum exhibeo æreum Bacchi ſimulacrum, humana ſpecie, grandibus oculis, prolixa barba, & capillis, atque taurinis cornibus inſigne. Id ipſum aſſervatur in Muſeo Coratio in noſtra Urbe, traduntque in agro Cortonenſi erutum nuper fuiſſe. Magnificum Bacchi Templum apud Cortonenſes fuiſſe conjicit Cl. V. Marchio Marcellus Venuti Eques D. Stephani, & Patricius Cortonenſis [1], ex marmoribus, marmoreiſque columnis magni pretii, eximiæque pulchritudinis, quæ viſuntur in loco, qui etiam nunc dicitur *Farneta*: Verum quamquam non negem Templum Baccho ſacrum ibidem eſſe potuiſſe; vero ſimilius tamen crederem, id nomen aliqua in parte corruptum indicare Fanum ARNAE Deæ veterum Etruſcorum, quod eo in loco Cortonenſes condidere.

Cornua Baccho veteres dederunt, vel ut indicarent ſummam vini potentiam, vel quod audaciores fiant ebrii; vel etiam, ut parem cum Sole igneam ejus naturam declararent [2]. Alia etiam adduci poteſt ratio; ſiqui-

(1) Vide ejus Epiſtolam a Gorio relatam in Parte II. Inſcription. antiq. Etrur. Urb. pag. 370.

(2) Ex Macrobio Saturnal. lib. 1. cap. 18. Author. argum. in Oratione Demoſtenes contra Midiam.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

ſiquidem plures Bacchi memorantur, de quibus eruditiſſimè diſſeruit vir celeberrimus Mathæus Ægyptius[3]; tradunt tamen Bacchum ex Jove & Proſerpina, ſive Cerere natum, primum ad aratra boves junxiſſe, quum manibus hominum prius terra exerceretur, & alia ad agriculturam pertinentia commentum eſſe: quibus beneficiis mortales devincti eum conſecrarunt; atque ejus imaginibus cornua addiderunt, ut aratri inventionem indicarent.

Hæc inventa Bacchi, qui eſt ipſe Oſiris Ægyptiorum, ſummis laudibus celebrat Tibullus[4]. Etruſci, Ægyptiorum exemplo, Baccho cornua tribuere, ut cernimus in nummis Megarenſium in Sicilia; at in nummis Oſcorum, Civitatumque Etruſcæ originis, ut Campanorum, Atellanorum, Nolanorum, Puteolanorum, Calenorum, Sueſſanorum, & Calatinorum, *Tauriformis* ſculptus eſt Bacchus præter faciem, *Ebonis* nomine.

*Gorius*.

# BACCHUS EX AERE

## TABULA VIII.

BACCHUM Etruſci adeo venerati ſunt, ut in numerum Deorum Conſentium (quod nec Græci, nec Latini fecere) retulerint. Siquidem Bacchus hederacea corona redimitus, ſceptrum, ſive haſtam dextera manu gerens ſculptus eſt. Credibile eſt Etruſcos cenſuiſſe eum unum eſſe e novem Diis, qui, ut docet Plinius ex libris Auguralibus veterum Etruſcorum, emit-



(3) In explicat. S.C. de Bacchanalib. p. 25. 26. (4) Lib. 1. Eleg. 7. verſ. 27.

tere fulmina credebantur [1]: hi vero Dii Maximi, & Conſentes fuere. De Bacchi cultu apud Etruſcos, poſt diligentiſſimum virum Philippum Bonarrotium quamvis pauca mihi dicenda ſuperſint; ſcribendi tamen occaſionem præbet hoc inſigne, & elegantiſſimum ſimulacrum forſan ab Etruſcis Sculptoribus confectum.

Vultus Bacchi ridentis ſpecie, egregia arte expreſſus, ob quam oris hilaritatem Μαινομένον [2], vel quod ſtulto ſimilis rideat, in vindemia muſto, & ficubus illinitus, & minio, Μορύχον [3] eum dixere, virum referre videtur; ideoque ejus caput hedera ornatum, capilli etiam breves ſunt, quales viris conveniunt.

*Gorius.*

# SATYRI VINDEMIAM AGENTES IN MARMORE

## *TABULA IX.*

CUPIS, cophinis, corbibus, omnique comparata ſupellectile vindemiali, priorem cæteris curationem vindemiatores habebant in uvis eligendis. Racemi in lacu vinario pedibus calcati ſubjiciebantur, ut muſtus exprimeretur: quæ omnia in noſtro marmore exhibentur. Romani celebrabant vinalia, & vindemialia: quo Feſto novum vinum deguſtatum Jovi libabant; & omnium quidem nationum conſenſu tempus vindemiale exactum legitur ſingulari oſtentatione hilaritatis, & ruſticorum e lacu torculari exilientium,

ex

(1) H. N. lib. 2. cap. 51. (2) Vid. Athen. lib. 14. cap. 1. pag. 613. & Caſaubon. animad. p. 887.
(3) Apud Suidam in voce Μόρυχος.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

ex cito quodam impunique fervore lætitiæ. Modo offerunt ſe nobis Satyrorum imagines; Satyri fuerunt Bacchi comites, & miniſtri: Οἱ Διονύσου θεράποντες οἱ Σάτυροι dicit Lucianus περὶ ὀρχήσεως. Atque Strabo [1] inter Bacchi miniſtris numerat *Silenos*, *Satyros*, *Bacchas*, *Lenas*, *Thyas*, *Mimallones*, *Najadas*, *Nymphas*, *Tityros*. Eorum varium habitum formamque deſcribit Nonnus [2]. Satyrorum enim varia fuiſſe genera jam annotavit Jul. Cæſar Scaliger. Vides enim in hoc marmore potius Faunos, quam Satyros, cum non ſint capripedes. Audiamus Lucretium [3]:

*Hæc loca capripedes Satyros, Nymphaſque tenere,*
*Finitimi fingunt, & Faunos eſſe loquuntur*:

Vides hos Faunos auriculatos, & pellibus hircinis ornatos. Jam ſi quæras quid Fauni cum Baccho? ſcias quidem, æque & Satyris, Fauniſque aliquando, ac Baccho ipſi, primitias uvarum fructuumque oblatas eſſe; quibus optime conveniunt ea quæ protulit Ulpianus [4] hoc eſt „ *Qui Bacchi Feſtum celebrant, imitatione comitatus ejus id celebrant: alii Satyrorum, alii Faunorum, alii Bacchantium, alii Silenorum habitum imitantes*. Item & Plutarchus [5] περὶ φιλοπλουσίας judicat, Bacchanalibus homines aliquando perſonatos inceſſiſſe.

Fæmina ſtans in baſi corona ornata, uvæ racemum manu præbens, vel Dea ipſa eſt Vindemia, ornatiſſimo lebeti proxima, ut facilius invocaretur ad uberiorem fructum reddendum, vel Venus etiam eſſe poteſt. Cum vinalia eſſent duplicia, altera vinis deguſtandis XII. Kal. Martias cum vina pura ſunt: quo die Jovi novum vinum libare mos eſt, quod ex dolio hauſtum calpare eximebant. Altera, quibus Flamen Dialis vindemiam auſpicatus

(1) Lib. 10. Geogr.
(2) In Dionyſ. lib. 14. v. 130. & ſeq.
(3) Lib. 3. n. 584.
(4) Ulpianus Rethor. in Schol. ad Demoſthen. Orat. adverſ. Midiam.
(5) Pag. 127.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

ſpicatus maturis uvis, vinum legere, & vindemiam fieri jubet, quibus diebus agnam Jovi immolabant, interque cæſa, & porrecta vinum legit, quo tempore ex Fano Veneris vinum affatim effundebant. Præterea fuerunt Ruſtica vinalia, quæ Veneri dicata erant, ejuſq. tutelæ olitores addicebantur, quibus diebus erant feriati, & tempeſtatibus leniendis ſolemnis habebatur, qua novum vinum in Urbem ferre, & in cellis vinariis condere aſſuerant: Apud Tuſculanos lege cautum erat: ne quis novum vinum, antequam vinalia nocalentur, in Urbem inveherent, atque vino, & novis frugibus, ante quam Sacerdos Veneri libaret veſci noni licebat [6].

*Venutus.*

# B A C C H A N S
## FRAGMENTUM FICTILE
### *TABULA X.*

NOLUMUS hic Lectorem morari ad omnem veterum Bacchantium, & Orgiorum excutiendam hiſtoriam, utpote in hanc rem copioſius exponendam non pauci jam operam collocarunt. Neque enim obſcura eſſe poſſunt, quæ de hac parte fabuloſæ ſapientiæ ex veteribus collegerunt Natalis Comes, Alexander Roſſeus, Banierus, Ger. Jo. Voſſius, Bochartus, Jo: Nicolai, Jacob. Herenſchmidius, Chriſtoph. Neander, Gyraldus, Dempſterus, aliique plures. Veſtitus Bacchantis tantum oculos noſtros pauliſper moretur; Bacchans

(6) Alex. ab Alex. Dier. Gen. pag. 153. n. 2.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

chans nempè conſpicimus exerto pectore, & brachiis, ſolum ad humeros caprina pellis pendet, veluti antiquorum tigillum: Equidem in monumentis antiquis ſæpe videas Bacchantes ſeminudos, aut hirſutis veſtibus, pellibuſque circumdatos. Ovidius Graphice noſtrum Bacchantem deſcribit [1]: *Vite caput tegitur; lateri cervina ſiniſtro vellera dependent*. Atque ita apud Nonnium legimus alium Bacchantem habuiſſe in pectore tegumentum pantherarum, alium ſupra corpus pelles Hiunulorum. Hæc veſtis tamen erat propria præcipue Satyrorum, Silenorum, Faunorumque, cum cetera Bacchi cohors haud raro etiam purpureis, & ſericis, *vinicoloribuſque*, & aliis mollioribus veſtibus inceſſerint, & ſaltarint. Sic etiam apud Euripidem Pentheus imitaturus, & exploraturus Bacchum Bacchantes jubetur induere βυσσίνους πέπλους, *byſſinos peplos*, & πέπλους ποδήρεις, *peplos talares*.

Neſcimus quare mira, & inſolenti interpretatione Mytologiam Bacchi, ſive Liberi, non ſolum ad Noachum, ſed & ad ipſum Chriſtum humani generis Servatorem nonnulli accomodant, eo quod illius *Liberalia* in mero primum vino, & thiaſis celebrata, typum dumtaxat geſſerunt Liberaliorum, quibus toti generi humano Chriſtus, verus *Liber*, ideſt populorum protector ſanguine ſuo vitam contulit ſempiternam. Huc etiam pertinet, quod ex Bolduco animadvertit Zimmermannus [4], cum hic ſimiliter primum Bacchum dixerit fuiſſe *Noachum*, ſecundum Bacchum *Melchiſedecum*, & neſcio quæ tipica Myſteria SS. Euchariſtiæ ibi quæſiverit.

*Venutus*.



(1) Metam. lib.6. verſ.529.
(2) Lib.14. Dionyſ. v.38. & ſeq.
(3) In Bacchis v.819. & 831.
(4) De Orgio Chriſtiano in Analect. menſtr. p.216.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

# VENUS EX AERE

## TABULA XI.

VENEREM, ac forſitant *Murciam* refert perparvum æreum ſimulacrum elegantiſſimum, a Tuſco artifice, ut reor, pereximio artificio exculptum, quod extat in Muſeo Coratio; eaque in Urbe inventum eſt, una cum æreo Gryphe Etruſcis literis inſcripto, qui etiam in eodem Muſeo adſervatur: quo monumento duplici ſchediaſmate expreſſo conjicere poſſumus, Venerem & a Cortonenſibus præcipua religione cultam fuiſſe. Venus Murcia, πασόφιλος, thalami amica, ut videmus, jacens effiɛta eſt, ac dormiens, totoque corpore nuda; niſi quod amiculum velat dextrum femur, & crus, & ſub reliquas partes inſternitur, Capilli in fronte concinne diſpoſiti, poſt terga ſoluti viſuntur. Caput exornat galericulus cum prælto tutulo, efformatque in anteriore parte mitellam, ſive diadema eximium frontis decus: cum alis utrimque quaſi ad volandum expanſis. Deſcribitur a Pauſania ſimulacrum Veneris Μορφȣ̃ς *Morphus* apud Lacedemones [1], quæ ſedere videbatur: habebatque in capite καλύπτραν, galericulum, & pedes compedibus adſtriɛtos: quibus innueret erga viros ſuos, firma fide conjuges eſſe opportere. Faciei habitus, & venuſtas oris, quæ de ejus impudicitia, ac forma referuntur, quodammodo mirificè confirmare videntur, nihil enim quod facere, aut pati turpiter poſſet fœmina infeɛtum reliquiſſe dicitur.

*Gorius.*

TA-

(1) In Laconic. lib.III. cap.XV.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

# DEA ETRUSCORUM IGNOTA
## EX AERE
### *TABULA XII.*

DEAM hic incognitam præbemus cum monſtroſo corpore, ſigillum aheneum, inventum in agro Aretino, quod nunc adſervatur in Coratio Larario. Pectus, Etruſco more, ſtrophio, nempe faſciis pectoralibus, ſeu vittis decuſſatis decoratur, adſtringente eos fibula in medio. Incertus etiam haereo, an dicam Nympham *Marinam*. Crediderim potius *Terreſtrem*, quia tunica ſuccincta eſt; nam Marini Dii, Deæque nudo corpore repræſentantur. Crura ejus in Draconum capita, quæ manibus complectitur, deſinunt: quæ eriam criſtata, & barbuta efficta ſunt. Draconum criſtas, qui viderit, neminem reperiri notat Plinius [1]. Æthiopes Dracones criſtatos notat Juba apud eumdem Plinium [2], deſcribitque Ælianus cum barba denſa, & criſta [3]: quod genus Draconum haud incognitum Etruſcis fuiſſe hoc Etruſcum ſignum oſtendit.

Æpyptiorum, Etruſcorum, Græcorumque Hierophantæ, ex quibus religio ad Romanos tranſiit, Angues ſalutiferos eſſe Genios, fortunatoſque putarunt, prudentiamque illam portendentes, quæ cum ad bene agenda omnia, tractandaque Divinæ ſapientiæ lumine dirigatur, fons eſt. etiam uberrimus, unde Fortuna, & Pax, rerumque copia, felicitaſque dimanat. *Gorius*.

TA-

(1) Hiſt. Nat. lib.x. cap.37. (2) Lib.VIII. cap.XIII. (3) Hiſt. Anim. lib.XI. cap.XXVI.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

# IDOLA ETRUSCA EX AERE

## *TABULA XIII.*

CUBITORIO pallio velatum cernimus præpinguem puerum jacentem in lecto, duobus pulvinaribus innixum. Hæc Ænea icuncula adſervatur in eodem Corazio Larario, nuper inventa in agro Cortonenſi, loco vulgo *Sepoltaglia* dicto. Mea ſententia refert Deum Infantium, vel puerorum præſidem; neſcio an eum, quem poſtea Romani *Statìvum*, vel potius *Lallum*, vel *Fabulinum* dixere; cui, quum pueri primum fari incipiebant, vota, & ſacra parentes facere ſolebant.

E regione vides elegantiſſimum Deæ cubantis ſigillum ex ære quod apud me extat. Pallio caput habet obnuptum: dextera credes tenere anguem; ego potius cingulum agnoſco: quæ forſitan imago referre poteſt Junonem cognomento CINXIAM, cujus nomen ſanctum habebatur in nuptiis, quod initio Conjugii ſolutio erat cinguli, quo nova nupta erat cincta, ut auctor eſt Feſtus. Arnobius inquit: *Cingulum replicationi* CINXIA *ſupereſt*. Circulum circumplicatum evidentius adparet; nam ſi anguis eſſet, in extremo caput ejus non tam exile, ſed multo craſſius confectum eſſet.

*Gorius*.

TA-

(1) Varro apud Nonium de propr. ſerm. cap.XII. Vid. Th.Bartholinum de puerperio veterum pag.72. 161. 121.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

# IDOLUM ETRUSCUM IGNOTUM
## EX AERE
### *TABULA XIV.*

OBSERVATU dignum cenſeo aheneum parvum ſignum Dei ignoti, in Muſeo elegantiſſimo Academiæ Etruſcorum Cortonæ reconditum, quod profero duplici ſchemate delineatum. Indutus eſt hic Deaſtèr tunica arctiore, demiſſa uſque ad pedes, quos lunatis calceis ornatos cernimus. Caput ejus capucio, cucullo valde ſimili, opertum eſt, quod ſub mento revinctum, inde in duas partes diviſum, ad umbelicum uſque demiſſum pendet: poſt humeros, quaſi ſcapulare prolixius recidit, integrum quidem, nec diſpertitum. Hoc genus veſtis quum a ſervis adhibitum videam, qui expreſſi ſunt in urnis cinerariis veterum Etruſcorum, quique Sponſas in pilentis, ſive carpentis deducunt, & comitantur; hac non levi fretus conjectura arbitror, hoc ſignum referre Deum, in cujus tutela ſervi familiarum erant; Neque etiam adverſabor, ſi quis cenſeat repreſentare aliquod Numen ruſticorum proprium; nam eo modo cucullati ruſtici exhibentur in antiquis ſculpturis, dum ruris opera exercent, ad arcendas pluviæ, aëris, frigoris, & caloris injurias.

*Gorius.*



(1) Vid. Sponium in Miſcellan. erud. ant. ſect. IX. pag. 308. num. X. & XI. Venuti in Collect. Roman. antiq. de Servo Ruſtico.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

# IDOLUM ETRUSCUM EX AERE

## *TABULA XV.*

SERVAS fæminas fuiſſe in tutela Junonis Feroniæ[1], cujus Templum Tarracinæ fuit, colligi poteſt ex verbis Livii[2], quæ Fabrettus exponit[3]. Hujus Deæ æream imagunculam, nuper inventam in agro Cortonenſi vidi in Muſeo Corazio. Ancillarum more, quæ in eiſdem Urnis Etruſcorum ita exhibentur, palliolo, quod totum caput, & corpus operit, amicta conſpicitur. Hos, alioſque adſimiles Deos, ſervilibus veſtibus indutos, eos arbitror, quos antiqui ANCVLOS, & ANCVLAS vocarunt, quaſi dicas *Miniſtros*; nam ut auctor eſt Feſtus, antiqui *anculare* dicebant pro *mineſtrare*: ex quo Dii Genii ſervorum, & Junones ancillarum, *Anculi*, & *Anculæ* a priſcis Latinis adpellatæ, cenſentur; deſumpto forſitan ex Etruſcorum lingua hoc vocabulo, quod alibi diligentius expendam. Hinc etiam eodem Feſto docente, *anchabrem*, menſam miniſteriis divinis aptam: vaſa quoque ænea, quibus Sacerdotes utebantur *anchabria* dixere. Eodem Etruſcorum exemplo, Vernæ Romani peculiarem Deum coluere VERNANVM, ſuoſque etiam nomine donarunt; cui ædituum, feſtumque diem quotannis ſolemnibus celebrandum XVII. Kal. Novembres adſignarunt. Ejuſdem DEI VERNANI mentio habetur in inſigni lapide apud Antium eruto, qui è Muſeo Albano translatum, num in Capitolio ſervatur[4].

*Gorius.*

PRIA-

(1) Ex Servio ad lib. VIII. Æneid. verſ. 564.
(2) Lib. XX. cap. 1.
(3) Inſcrip. antiq. cap. 4. pag. 454. 455.
(4) Edidit Cl. Fr. Blanchinus ad Tom. 2. Anaſtaſii pag. CCXXI.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

# PRIAPI SACRIFICIUM EX MARMORE

## *TABULA XVI.*

PRIAPUS, ſi Phyſice conſideretur, idem eſt ac Sol, ejuſque lux primigenia, unde vis omnis ſeminatrix. Ægyptii Hori nomine, eum ita coluere, ut Sacerdotes paterna Sacerdotia accipientes, ei primum imitandos eſſe cenſuerint [1]. Humana autem forma effinxerunt ejus ſimulacrum dextera tenens cornu copiæ, ſiniſtra vero manu incurvum caulem ſuſtinens, proprium Vertumni, Silvani, & Priapi [2], præbens intentum veretrum miræ magnitudinis. Ex copiæ cornu quidem frugibus refertum, Solis, ac proinde Priapi impetum, ac poteſtatem in univerſum Orbem deſignarunt: ex erecto pene vim ejuſdem Solis generativam: quæ quia eſt longe maxima, commodiſſime viſa eſt demonſtrari ea membri magnitudine. Priapum varia, ac multiplici ſpecie, plureſque ætatis gradus referentem Antiqui induxerunt: nunc enim videas florida juventute vigentem, ut in elegantiſſimo Cameo apud Cl. V. Marchionem Marcellum de Venutis in agro Cortonenſi paucis ab hinc annis reperto; modo virili; nunc videas ætate provecta, vel in ſenium vergente, obducta verpa, ſeu non ita rigente, ut in noſtro marmore: quin etiam, ut ejus occultam vim, & latentem declararent, tegillo ex hircina pelle, vel panniculo ejus caput obnupſerunt, & veluti Herma in cippo collocatus cernitur. Ante ejus ſimulacrum ara concin-

(1) Ex Diod. Sicul. lib.1. pag.18. 35. (2) Phil. Thomaſſ. de Donar. cap.24. pag.158.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

concinne ornata obſervatur hortenſium pomorum copia referta, atque hirci caput ipſis inſidet.

Ad cuſtodiam ruris, & hortorum Priapi ſimulacra, & ithyphalli ponebantur ex antiquis arborum truncis, vel è ficu, vel ſalice, marmore, & argilla confecti. Quo ad pinum qui a latere eſt, omnibus palam eſt, pineam nucem apud Veteres fuiſſe aurei ævi, & felicitatis ſymbolum; poma quoque majora, decerpta ex hortis, qui Priapo ſacri ſunt, declarant ejus fæcunditatem, quia horti numquam ſunt ſine aliquibus fructibus [3]: immo oleribus ab antiquis præſes, & cuſtos Priapus additus, propterea quod horti olitorii cultum, qui uberrimus eſt in re agreſti univerſa, ejus Dei fæcunda ſalacitate adumbratur. Hircus ſacrificabatur Priapo, & Baccho pertinet id, quod Martialis dixit [4]:

*Vite nocens roſa ſtabat moriturus ad aras*
*Hircus, Bacche, tuis victima grata ſacris.*

Quamvis ordinarium ſacrificium Priapi fuerit Hircus, invenimus tamen eidem aliquando & oves, & ſues fuiſſe immolatos; ideoqne Herodotus in Euterpe commemorat, in honorem Bacchi, (quod eſt idem ac Priapi) *die ſolemnitatis Dorpiæ, Ægyptios ſingulos ad fores ædium ſuarum ſues jugulaſſe.*

Nunc ſequitur, ut & illum pauliſper intueamur, qui ſacrificium offert. Is quidem pietatem ſuam teſtatur ante aram ſtans, dextera manu pateram libantis more præbens, quæ non uti frequens mos eſt orbicularis apparet, ſed ad ſimilitudinem vaſis, vel cyati cornei vinum effundentis obſervatur; ex altera manu racemum uvæ præfert. Caput habet barbatum, & calamiſtratum Ægyptiorum more. Tres habet tunicas una altera

(3) Vid. Prudent. adverſ. Symmachum. (4) Lib. III. epigr. 34.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

altera anguſtior; pectus vero tegitur hircina pelle elegantiſſime religata, & caput hirci in medio propendet. Veſtis hæc, quæ Sacerdotalis meo quidem judicio eſt, nullibi in antiquis monumentis obſervavi. Ad demiſſi animi cultum facit, quod ſacrificans nudipes conſpiciatur; ita reverentiæ cauſa multis in ſacris nudis pedibus inceſſerunt [6].

*Venutus.*

# MILES ETRUSCUS EX AERE

## *TABULA XVII.*

PERINSIGNE eſt, quod exhibeo, Æneum ſimulacrum Herois, galea, thorace, & ocreis armati, jaculantis habitu, quod olim erutum Ravennæ, nunc extat Cortonæ in Muſeo Coratio, tum propter magnitudinem, (altum eſt enim pedem unum antiquum Romanum, & circiter uncias tres) tum etiam propter Etruſcam Inſcriptionem βυστροφέδον, in dextro latere inſculptum, quæ ejus nomen facile declarat. Galea altiori tutulo, ſeu capulo ornata eſt.

Sub thorace fimbriato pendet ſubligaculum quadratum, quo pudenda velantur. Illud notandum, quod nudipedes hi heroes ſculpti ſunt.

Etruſcorum Heroes maxime omnium celebres, *Haleſus* fuere, qui ſacra Junonis ex Græcia in Etruriam intulit [1], quique Faliſcos, & Alſium Civitates condidit, quem forte exprimit hoc ſignum? *Haleſus* Rex Vejentum, Neptuni filius, Saliorum carmine laudatus, qui Faleriam condidit: *Fontus* Jani filius, *Aunus*, *Ma-*



(6) Jamblich. de Vit. Pithag. cap. 18. (1) Vid. Dempſter. Etrur. Reg. lib. 3. cap. 8.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

*laeotus*, *Rhatus* : qui, propter inſignem in gerendis bellis virtutem, atque præclara geſta, Etruſcorum Imperium amplificarunt, ſummaque prudentia tenuere, divinis honoribus poſt mortem culti, & conſecrati. *Gorius*.

# HISTRIONES ETRUSCI EX AERE

## *TABULA XVIII. & XIX.*

PULPITUM non rude, ſed longe Etruſco opere ornatiſſimum lubet animadvertere in parvis ſigillis ex ære, duplici ſchemate, cum antica, tum poſtica parte delineatis, quæ adſervantur in Muſeo Corazio Cortonæ, ejuſque in agro eruta ſunt. Tres Mimos, ſive Hiſtriones perſonatos repreſentant, pedibus alatis, vel diſtortis, inverſiſque, ad exhilarandos ſpectatores : quod frequenter feciſſe Etruſcos, oſtendit inſignis Vaſculi Etruſci pictura apud Dempterum in Tab. XLVIII., & apud Cl. Maffejum in Muſeo Veronenſi. Obſcœnam forſitan fabulam agunt, &, ut reor, adulterium. Conſtat enim Deorum probra ſpecioſiora, & adulteria, quemadmodum illud Veneris & Martis, Sole auſpicante, Mimos in ſcæna ſaltaſſe, & expreſſiſſe obſcœnis motibus corporis, & geſtibus [1]. Prior figura fæminam refert adulteram riciniatam, ſive capite cooperto rica : ea virum blando geſtu complectitur, atque ita demulcet, ut eum deoſculari ſe velle videatur : altera figura in medio, eſt adulter, qui blanditias reſpuens, nolle ſe fingit, refugitque injecta capiti,

(1) Ex Luciano de Saltatione. Vide etiam D. Cyprianum lib. II. Epiſt. II. Caſſiodorum lib. IV. Var. Epiſt. ultima.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

piti, quod retrahit, dextera manu. Hunc Leno, cum ridicula perſona immaniter hianti, poſt humeros, ut auguror, ad adulterium ſollicitat, admotaque manu impellit. Hæc, quod plures agerent perſonæ, *diverbia* dicebantur. *Gorius*.

# ANAGLYPHUM ÆGIPTIACUM MARMOREUM

## *TABULA XX.*

PRÆCLARUM hoc marmor pugnam inter Leonem, ac Pantheram e ſpecu proſilientem, forſan in Libiæ arenis, quod Palma innuere videtur, exhibet. Inter Lucernas a Bellorio editas [1], Leonem e ſpecu proſilientem cernitur a Jaculatore inſequtum. De his Jaculatoribus, qui ex Africa conducebantur, loquitur Seneca [2], quando memorat illos Sullæ tranſmiſſos a Boccio Mauritaniæ Rege in ludis Circenſibus ab ipſo editis: *Primus L. Silla in Circo Leones ſolutos dedit, cum alioquin alligati darentur, ad conficiendos eos miſſis a Rege Bocco Jaculatoribus.*

Leo dicitur, λέων, παρὰ τὸ λεύω, *video*, quod perſpicaci præ ceteris oculorum acie polleat. Animalium omnium rex dicitur, propter vultus feritatem, crines, caudamque peregregiam, cum qua conſuevere Leones, ut Solinus dicit, ſi per pulverem iter faciant, cauda verrentes pedum ſuorum turbare veſtigia, ne venatoribus ſui itineris præſtent indicium. Panthera ex Leæna, & Pardo eſt genita, ita appellata, quod omnifaria

(1) Num. 32. (2) In lib. de brevitat. vitæ.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

ſaria feritate ſit prædita, cum nec crudelitatis umquam etiam manſuefacta obliviſcatur.

Ceterum Leo eſt animal ſoli dicatum, hinc inter ſacra Mithriaca enumerantur *Leontica*, ſic dicta, quia Mithræ Sacerdotes a Leonino vultu, quo idem Mithra in ſpeleo colebatur, *Leones* appellabantur. Ex his *Leo radiatus* occurrit in nummo Juliæ Domnæ a Leontopolitis percuſſo. In alio Caracallæ radiatus fulmina tenet apud Triſtanum; & in anulo Gorlæi[3], cum globo cernitur, nullam aliam ob cauſam, quam quia Sol orbem terrarum radiis ſuis illuminat, eumque a Gentilibus regi dicebatur; & in gemma, quam ſe poſſidere teſtatur Smetius in Antiquitatibus Novomagenſibus cernitur cum ſpica, quia Sol omnes res calore ſuo producit.

*Venutus.*

# GRYPHUS EX AERE

## *TABULA XXI.*

EADEM pura, putaque Etruſca Inſcriptio, quæ legitur in Chimera Etruſca Muſei Medicei, legitur etiam in dextero armo Gryphis Etruſci ænei, quem V. Cl. Galeottus Coratius Eques Divi Stephani amicitia mecum conjunctiſſimus ſervat in Muſeo ſuo, eximiis eruditæ antiquitatis monumentis eleganter referto. Hujus præclari operis ectypum imaginem ceream idem ad me miſit, ut dum hæc ſcriberem, illam contemplarer, & accuratius incidendam curarem.

Scul-

(3) In anul. LXIII.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Sculptum eſt cum roſtro terrifico, & immaniter hianti, cum lingua exerta, cum alis aquilæ ſimillimis, ad volandum expanſis, cum cauda Leonis retorta, & ſurſum recurva, ut animalia præſertim ferocia facere ſolent, ſi ad iram provocentur. Aures quoque, & crines ſuperne arrecti; pedes ad currendum, mira in eis indita velocitate, feliciter expreſſi: quæ omnia ferme cum ſignificatione Etruſcæ inſcriptionis VIꟻƆMNIT hoc eſt TINMCVIL *ad vindictam pronus*, ſive *ad vindictam paratus*, convenire videntur.

Monuit me per Epiſtolam idem humaniſſimus Eques Coratius paucis ab hinc annis inventum fuiſſe hoc perparvum ſignum in loco dicto *Il Campaccio* prope Cortonam; quare ſuſpicatus ſum pro donario poſitum, dedicatumqne fuiſſe in Templo vel Apollinis, vel potius Deæ Nemeſis, quæ Numina Cortonenſes præcipue coluere.

*Gorius.*

# JUPPITER AMMON

## IN JASPIDE ÆGYPTIO

### *TABULA XXII.*

PRÆCLARISSIMA Gemma plurimi facienda eſt, cum peculiarem Jovis Ammonis imaginem exhibeat, nam caput arietinum præbet, corpus humanum, dextera haſtam, ſiniſtra fulmen: In numiſmatibus, anaglyphiſque operibus, ut plurimum, cernitur facie virili arietinis cornibus ornata.



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

De Jove Ammone plurima apud Q. Curtium, Diodorum Siculum, & Arrianum, qui Alexandri M. de Ammone hiſtoriam copioſe executi ſunt, unde etiam cornua arietina capiti ejus in nummis admota cernuntur, & illum imitati ſunt ſucceſſores. Plinius ab arena, quæ ἄμμος vocatur, dictum vult, quod in Lybicis arenis fuerit. Ægyptios Jovem Ἀμμοῦν vocare docent Herodotus in Euterpe, & Plutarchus in Iſide.

Ingeniosè eruditiſſimus Bochartus ad Cham, ſeu Ham filiorum Noë natu minimum refert [1], (quamvis Divina Scriptura ad filios Nembroti tribuat, cui omnino credendum eſt) qui in ſteriles Africæ arenas adlegatus, ibi per multa ſæcula ſub nomine Jovis Ham, ſeu Hammonis cultus ſit. Univerſa enim Africa ab Ammone Ammonia vocabatur, & priſcis incolis dicebatur *Chamia*, vel *Chemia*, ideſt terra Cham, quod nomen Cophtitæ in hunc uſque diem pertinaciſſime retinent; nam teſte Kircherio [2] Ægyptum *Chemiam* vocant: Urbemque *Dioſpolim*, Hebræi dixerunt *Ammonis Civitatem* [3]. Simulacrum Jovis cum capite arietino poſuiſſe Liberum Patrem, refert Mela, cum per Lybiam duceret exercitum. Aliam rationem tradit Herodotus, & Pauſanias Templum Ammonis vocatum fuiſſe ait a paſtore qui id condidit [4]; quæ omnia hic recenſere nimis longum foret. Haſtam vero puram, ſeu ſceptrum altera manu gerit Juppiter ad immutabilem ejus ſoliditatem exprimendam, ut advertit ex Euſebio Clariſſimus Fabrettus.

*Venutus.*

JUPI-

(1) Gen.10. Ipſe cæpit eſſe potens in terra, & robuſtus Venator coram Domino.
(2) Ex Plutarch. de Iſid. p.286.
(3) Plin. lib.6. cap.29.
(4) Vid. Alex. Poſyſtor.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

# JUPPITER
## INCIS. IN ACHATE
### TABULA XXIII.

JUPPITER ſiniſtra manu fulmen gerens, ac pacate dexteram expanſam protendens is eſt, quem Veteres *Milichium*, & *Iceſium*, ideſt placabilem, & ſupplicem præſidem dixere, ac Ariſtoteles, ſeu quiſquis fuit Auctor libri de Mundo [1], inter varia Jovis cognomina hoc etiam enumerat: Κρόνου δὲ καὶ χρόνου λέγεται διήκων ἐξ αἰῶνος ἀρτέμονος εἰς ἕτερον αἰῶνα, ἀστραπαῖός τε, καὶ βρονταῖος, καὶ αἴθριος, καὶ αἰθέριος, κεραύνιος τε, καὶ ὕετιος ἀπὸ τῶν ὑετῶν, καὶ κεραυνῶν, καὶ τῶν ἄλλων καλεῖται, καὶ μὴν ἐπικάρπιος μὲν ἀπὸ τῶν καρπῶν πολιεὺς δὲ ἀπὸ τῶν πόλεων ὀνομάζεται γενέθλιός τε, καὶ ἕρκειος καὶ ὁμόγνιος, καὶ πάτριος ἀπὸ τῆς πρὸς ταῦτα κοινωνίας, ἑταίρειός τε, καὶ φίλιος, καὶ ξένιος, καὶ στράτιος, καὶ τροπαιοῦχος, καθάρσιός τε, καὶ παλαμναῖος, καὶ ἱκέσιος, καὶ μειλίχιος: *Is* (Juppiter) *Crono, id eſt Saturno, & Chrono ideſt tempore ortus eſſe dicitur nimirum ab ævo ſempiterno ad alterum ævum pertinens; vocatur & fulgurator, & altitonans, & ætherius, & fulminator, & pluvius a pluviis, utique & fulminibus, aliiſque operibus, è quibus vocabula ipſa deducta ſunt; quin & frugipotens, & cuſtos Urbium vocitatur, & natalibus, ſepitius, gentilitius, & patrius, videlicet a comunione, quæ divino ipſo numini hiis cum rebus intercedit; ad hæc ſodalitius, & amicitiæ præſes, tum hoſpitalis, caſtrenſis, trophæalis, expiator, ſanguinarius, ſupplex, & placabilis.* Hoc nomine ſimulacrum illi e candido marmore Policleti

(1) Cap.7. pag.615. Ariſt. oper. tom.1. edit. Pariſ. 1609.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

licleti celeberrimi Artificis opus Argis [2] in Templo Apollinis Licii dicatum erat, rurſus Aram [3] trans Cephiſum amnem extructa, ad quam Theſeus a Phitali poſteris de cæde purgatus dicitur. Adſtat Jovi Aquila in benignitatis ſignum, de qua ita Iſmenes apud Euſtachium [4]: τοῦτο φῂς τὸν ἀετὸν ὁπαγνιστεως τῆς τοῦ Διὸς προμηθείας τῆς τούτου φιλανθρωπίας: *ais Aquilam eſſe ſignum Jovis providentiæ, & erga homines amoris.*

*Valeſius.*

# DEA CŒLESTIS

## INCIS. IN CORNEOLA

### *TABULA XXIV.*

NOTISSIMUM tota Africa fuit Deæ Cœleſtis nomen, eoque in honore habitum, ut Celſus contra Gallienum [1] Auguſtum a Paſſieno Proconſule, & Fabio Pomponiano Duce Limitis Lybici Imperator appellatus, hujus Deæ peplo exornatus ab Afris fuerit; ac Aſclepiades Philoſophus [2] Juliano Imperante ejuſdem Nummis *breve figmentum quocumque ibat ſolitus erat efferre*. Templum illi vaticinationibus clarum Carthagine extructum erat [3], ibique ſimulacrum a Didone Phænisſa poſitum ferebat [4]. Deam hanc Junonem fuiſſe memorat Apulejus ita eam compellans [5]: *Magna Jovis Germana, & Conjuga, ſive tu Sami queru-*

(2) Pauſanias in Corinthiac. ſeu lib. 2. pag. 119.
(3) Id. in Atticis, ſeu lib. 1. pag. 69.
(4) De Amoribus Iſmeriæ & Iſmenes lib. 6. pag. 223. edit. a Gaulmino.
(1) Trebellius Pollio de triginta Tyrann. in Celſo n. 28.
(2) Ammian. Marcell. lib. 22. p. 279.
(3) Jul. Capitolin. in Pertinac. p. 239. & in Macrino pag. 224.
(4) Herodian. lib. 5. edit. Henric. Steph. p. 121.
(5) Metamorph. lib. 6. pag. 154.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

*querulo partu, vagituque & alimonia tua gloriaris, ſive celſæ Carthaginis, quæ te Virginem vectura Leonis Cælo commeantem percolit beatas ſedes frequentas*; nec tantum Juno putabatur, verum etiam Venus, Ceres, Diana, Iſis, ac Proſerpina [6]; ideoque Antoninus Elagabalus uxorem quærens Deo ſuo Elagabalo, repudiata Pallade τῆς Οὐρανίας, τὸ ἄγαλμα μετεπέμψατο *Uraniæ, ſeu Deæ Cæleſtis ſimulacrum juſſit afferri*.

Hujus Deæ imago, eadem ac illa, quæ Gemmæ inſculpta eſt, viſitur in nummo a Cartaginenſibus in honorem Antonini Caracallæ cuſo, quem protulit Baronius [8], qui enarrat celebre illud ejuſdem numinis Templum Arcadio, & Honorio Imperantibus, veteri ſuperſtitione repurgatum ab Aurelio Sanctiſſimo Carthaginis Antiſtite immortali, veroque Deo fuiſſe conſecratum.

*Valeſius.*

# APOLLO ET MARSYA
## IN ACHATE
### *TABULA* XXV.

IN collectaneis Romanarum Antiquitatum alteram Gemmam Marſyæ fatum exhibentem adtuleram [1]; adſimilem quoque refert Eques Maffejus in Gemmis [2]. Hic obſervatur Apollo intonſus cum lyra, & cultro; Marſyas arbori alligatus cernitur, in quo tibiæ pares ſuſpenſæ apparent. Ad pedes prora



(6) Id. lib. XI. pag. 241.
(7) Herodian. ub. ſupr.
(8) Tom. 5. ad A. 399. n. 59.

(1) Collect. Rom. Antiq. Borioni.
(2) Le Gemm. p. 2. n. 43.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

navis, ad flumen hujus nominis indicandum. Apameam ad Marſiæ fluvii oſtia ſitam fuiſſe, docet Strabo, addens, ex palude utrumque ſcaturire amnem Marſyam, & Mæandrum. Maximus Tyrius inſuper teſtatur ſe fluvios vidiſſe, & unum habere fontem. Sed Xenofonti major adhibenda fides, qui diverſos fuiſſe fluviorum fontes demonſtrat. Meandrum enim ex ipſa Cyri Regia ortum, & medium hortorum perlapſum: Marſyæ vero fontes in antro fuiſſe, in quo Apollo Marſyæ excoriati cutem ſuſpendit; Marſyas per abrupta ſcopula præcipiti curſu procedebat, Meander vero Regis viridaria irrigans placidiſſima illa Apameæ, Celenarum, vel Kiboti amœniſſima arva irrigabat, uſque dum Marſyas in eum ſeſe commiſcens confundebatur, novamque Apameæ Urbem Antiochus Soter extruxit. Verba hæc mire illuſtrantur hac gemma, & ex nummo rariſſimo Hadriani a Clariſſimo Morellio allato [3], in quo Marſyam vides antro inſidentem, & fluvium ex ipſo ſcaturientem. Idem confirmare videtur Plutarchus dicens ex fluento Marſyæ ſanguine ortos Satyros, & fluvium, cum prius ibi eſſet Midæ fons.

Nero Imperator in anulo ſignatorio gemmam habebat Marſyæ fato inſignitam [4], atque in Apollinis vultu propriam effigiem agnoſcebatur: Quid! ſi in noſtra Apollinis facie Neronis lineamenta videre nobis viſa ſint?

*Venutus.*

APOL-

(3) Spec. rei nam pag. 84. (4) Svetoн. in vit.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

# APOLLINIS SYMBOLA IN SMARAGDO

## *TABULA XXVI.*

APOLLINIS ſymbola quis non videt? Tripos, Serpens, Corvus, arcus, & pharetra, ac lauri ramum; omnia ſunt trita. Elegans Gemma magni tamen facienda a nobis eſt, cum ſit ſchema Emblematis Academiæ noſtræ. Aliqua hic tantum adferam de Ave, ne prorſus omnia indicta relinquamus. Corvus Apollini eſt dicatus, quia, ut Martianus refert, Apollo divinandi peritia præditus eſſe creditur; appellatur Corvus a Græco κόραξ inſerto *v* conſono, quomodo ab ὕλη eſt *ſylva*, ab λεῖος *levis*; κόρας vero eſt a κορος *niger*; ſumma dicacitate humanam vocem imitatur, præcipue ille ex genere corvorum qui *Gracculus*, dicitur quaſi garrulus. Corvus autem inſtinctu quodam naturali pluviam, ſerenitatemque prædicit, voce quandoque clara, quandoque rauca utens, quemadmodum ex Virgilio in Georgicorum libris, ubi de tempeſtatum ſignis agit, diſcere poſſumus. Putatur enim Corvus multa alia divinare; quare eo antiqui plurimum in augurandi arte uſi ſunt; jure ergo Apollini miniſter eſt adtributus, quod Ovidius de eo narrat; idemque dicit Apollinem cum ceteris Diis cum in Ægyptum, ut manus Thyphonis evaderet, profugiſſet, in Corvum ſe vertiſſe. Sed hæc jam eruditis viris nimia ſunt.

*Venutus.*



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

# APOLLINIS SYMBOLA IN CORNEOLA

## TABULA XXVII.

CORVUS in Gemma cernitur inſidens pharetra, arcu, ſagittiſque referta; æquipondium roſtro tenet, caput fulmine tegitur. Hæc omnia Apollinis ſunt ſymbola. Corvus apud Græcos, Romanos, & Ægyptios Soli adſcribitur; in noſtra Gemma per æquipondia ſignum indicatur Zodiaci. Ælianus [1] Corvum *Apollinis ſacram avem*, & ἀκόλουθον vocat, divinationeque *præditum* fuiſſe ſcribit: & fabulabantur illum Apollinis famulum ante transformationem fuiſſe, ut idem [2], & Ariſteus Metapontinis dicebat, ſe quidem illo tempore Ariſteum, ſed τότε ὅτε εἵπετο τῷ θεῷ, εἶναι κόραξ *cum Deum ſequeretur, Corvum eſſe*, uti tradit Herodotus [3]. Euſtathius [4] ſcribit cycnum Apollini ὡς ἡλίῳ propter λευκότητα dicari, & Corvum διὰ τὴν νυκτερινὴν μελανίαν, ἐξ ( ita legendum non, ut in editione Romana ſcribitur εἰς ) οἷα καὶ μητρὸς ἀπογεννᾶται: *propter nocturnam nigredinem, ex qua veluti ex matre naſcitur*: quod ultimum etiam variis auctoritatibus firmat [5]. Plutarchus libro de Iſide recte ſcribit Græcos cenſere Columbam ſacratam eſſe Veneri, Draconem Minervæ, Corvum Apollini, Canem Dianæ; hinc eſt quod in nummis, & gemmis ſæpe Corvus cum Apolline conſpiciatur, ut in nummo Fauſtinæ apud Patinum occurrunt ara, eique impoſita corona, urceus, præſe-

(1) Ælian. lib. 1. cap. 18.
(2) Lib. 1. cap. 47.
(3) Lib. 4. cap. 15.
(4) Ad Iliad. 4. pag. 449.
(5) Ad Iliad. A. pag. 22.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

præfericulum, Corvus, & Inſcriptio ΠΥΘΙΑ; in alio vulgatiſſimo Vitellii tripodi inſidet, atque eo nomine *comes tripodum*, uti ab Eruditis obſervatur, vocatus eſt a Statio[6]

*Non Comes obſcurus tripodum, non fulminis ardens*
*Vectorades, flavæque ſonos avis unca Minervæ.*

In gemma apud Gorlæum[7] Apollo nudus tripodi ſiniſtro cubito incumbens, dextera manu ramum protendit ad Corvum adſtantem. Ægyptios quoque Corvos habuiſſe ſacros teſtatur Ælianus[8], ubi de Urbe Copto, & Corvis binis circa eam videri tantum ſolitis verba facit: *Templum vero Apollini ſacrum eo in loco colitur, cui Corvos ſacros eſſe ajunt.*

*Venutus.*

# VENUS

## INCIS. IN CORNEOLA

### *TABULA XXVIII.*

VENUS Cupidini globum offerens, illud Apollonii Rhodii in mentem revocat enarrantis, Deam hanc, cum in Cælum aſcendiſſet, atque ibi Cupidinem arcu, pharetraque ſepoſitis cum Ganimede talis ludentem reperiſſet, exoraſſe, ut in Medeam Aeotæ filiam ſagittas jaculatus ad amandum Jaſonem inflammaret, pollicita ſe ei daturam[1]



(6) Lib.3. Theb.
(7) Gemm.3.
(8) Lib.7. c.18.
(1) Argonautic. lib.2. verſ.132.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Διὸς περικαλλὲς ἄθυρμα
κεῖνο τοι οἱ ποίησε τροφὸς Ἀδρήστεια
ἄντρῳ ἐν ἰδαίῳ ἔτι νήπια κουρίζοντι
σφαῖραν εὐτρόχαλον τῆ οὔτιγε μείλον ἄλλο
χειρῶν Ἡφαίστοιο κατακτεατίσσῃ ἄρειον

*Jovis eximium munuſculum*
*Illud, quod ei fecit nutrix Adraſtea*
*Sphæram volubilem, quam non tu munus aliud*
*E manibus Vulcani accipies pulchrius.*

niſi potius globus ille pro mundi ſymbolo accipiendus ſit, cum Venus [2] mundum procreaſſe putaretur, & procreatum nutrire, ac conſervare, & Cupido exiſtimaretur eſſe vis illa inſita rerum naturæ, qua cuncta operatur perpetuo vicisſitudinis motu alia aliis ſubſiſtens. Veneris quoque ſimulacrum in Græcia a Canacho Sicionio ſculptum fuerat [3], dextera pomum ferens (& forte in Gemma globus pro pomo effictus eſt) & ita etiam Venerem deſcripſit Coluthus [4], ſive quia id pomum fuerit, quod a Paride, cum ejus ſententia Junonem, ac Palladem forma ſuperaſſet, accepit, ſive quia illi poma ſacra erant, ut ait vetus Ariſtophanis Scholiaſtes, ac pro amoris ſigno accepta, unde frequentia apud Græcos, & Romanos amantium munera poma erant, ut ex Theocrito [6], Luciano [7], ac Propertio [8]; & adagium erat apud Græcos [9] μήλῳ βληθῆναι, *pomo, ſeu malo ferire*, quod erat ad amorem provocare, quo reſpexit Poeta, cum ſcripſit [10]

*Malo me Galatea petit laſciva puella*
*Et fugit ad ſalices, & ſe cupit ante videri.*
*Valeſius.*

AMOR

(2) Orpheus hymn. in Vener. verſ.4. Ovid. lib.4. Faſtor. verſ.93.
(3) Pauſan. in Corinthiac. ſeu lib.2. p.103.
(4) De Helenæ raptu verſ.167.
(5) In nubibus act.3. ſcen.3. ad verſ.37.
(6) Idyl.2. verſ.121.
(7) In Toxari, ſive de amicitia.
(8) Lib.2. eleg. ult. verſ.71.
(9) Suidas in Lexico tom.2. verb. μῆλα & Eraſm. chiliad.2. cent.4.
(10) Bucol. Eglo.3. verſ.63.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

# AMOR CYCNO
## INSIDENS TRIDENTE
### DELPHINUM IMPETENS IN CORNEOLA.

## *TABULA XXIX.*

IN hac elegantiſſima gemma Amorem Cycno inſidentem forte veteres expreſſerunt, ut qui lætiſſimi auſpicii foret, præcipue navigantibus, & peregrinantibus [1]. Si ex naturæ hiſtoria Cycnorum qualitates inſpiciamus, mirum profecto, quomodo eorum cantilenam, quæ vel nulla, vel mala eſt, potuerint veteres laudibus in Cœlum efferre: ingruente fatali momento cantu præſtare nonnulli commenti ſunt [2]; ſed hæ meræ nugæ ſunt; & de his late Cl. Morinus in ſua de Cycno diſſertatione inter Academica monimenta Regiæ Societatis Pariſienſis [3].

Amor in noſtra Gemma Delphinum ferit; nam & ipſi ut Ovidius cecinit ſunt Amoris argumentum [4].

*Quem modo celatum ſtellis Delphina videmus*
*Is fugiat viſus, nocte ſequente, ſuos;*
*Seu fuit occultis felix in amoribus index*
*Lesbidam cum Domino, ſeu tulit ille Lyram.*
*Venutus.*

CE-

(1) Iſid. lib.XII. Virgil. Æneid. lib.I. verſ. 397. Pitiſc. Lexic. in verb. Cycn. Fabrett. ad Columm. Trajan. cap.4. p.137.
(2) Vid. Cæl. Rodhig. var. lect. lib.10. c.6. Cicer. I. Tuſcul. quæſt. Mart. lib.XIII. Lucan. de Electr.
(3) Tom.VII. pag.319. edit. Amſtel. 1731.
(4) In Faſtis.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

# CERES

## INCIS. IN DIASPRO.

## *TABULA XXX.*

CEres a gerendis frugibus dicta [1] inſpicitur ſedens ad ſtabilitatem indicandam, ſiniſtra manu veſtem ſuſtinet, frugeſque dextera profert: profecto ſub hujus numinis imagine veteres Terram frugiferentem coluere; idcirco Ceres χθόνια θεὸς *Dea Terreſtris* appellata, ac in ejus honorem ſacrificia hoc nomine conſtituta ſunt ab Hermionenſibus [2], illique Templum apud Lacedemonios dicatum [3]; adeſt effictum ante Cererem providum illud animal formica, ſive quia hæc frugilega, & granifera dicta fuit a Poetis [4], ſeu quia, cum Soli in Iſthmo immolari ſoleret [5] appoſita eſt pro Solis ſymbolo, qui ſub Oſiridis nomine putabatur terram fæcundam reddere, apud eos enim [6] qui Bacchus, & Liber Græcus, Oſiris erat; ac Ceres Iſis; exiſtimabant autem Oſiridem eſſe Solem, ac humorem aquarum, Iſidem autem Lunam, & ſiccitatem terreſtrem, unde Iſiaci Sacerdotes in annuo Deæ luctu ob deperditum Oſiridem deſcendentes ad mare, exclamanteſque inventum numen, tellurem frugiferam aqua permiſcebant.

*Valeſius.*

MER-

(1) Arnob. contr. gentes lib. 3. pag. 119.
(2) Pauſan. in Corinthiac. ſeu lib. 2. p. 152.
(3) Id. in Laconicis ſeu lib. 3. pag. 186.
(4) Ovid. Metamorph. lib. 7. verſ. 614. 629.
(5) Pier. Valerian. Hieroglyph. lib. 8. p. 59.
(6) Plutarch. de Iſid. & Oſirid. tom. 2. oper.
(7) Idem ibid. pag. 366.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

# MERCURIUS
## INCIS. IN CORNEOLA
### *TABULA XXXI.*

MERCURIUS loquelæ, & eloquentiæ præeſſe Veteres commenti ſunt ; ideoque ei linguæ ſacræ [1] erant, ipſumque cum alato petaſo repreſentabant, ut volucrem ſignarent ſermonem, qui è parte capitis proficiſcitur ; licet aliquando cum ſimplici galero, ut in altera gemma, & in nummis Gentis Afraniæ [2] ; addidere aurea peditibus talaria, quibus per aëra ferretur, idque, ut Phornutus ait, *congruenter Homero, quemadmodum vocavit verba alata*. Læva inſpicitur virga ſuſtinens, quam angues mutuis nexibus circumvolvunt, qua re innuitur eloquentiæ vi, etiam *efferorum concordiam fieri* [3] ; innititur hac parte corporis quadratæ columnæ [4], hæc nempe eidem uti viarum Deo, ipſius ſuperaddito capite dicatæ erant, ac Hermæ de illius nomine dictæ. Sceptrum, ſive haſtam tenet, de qua hæc Juſtinus [5] : *Reges haſtas pro diademate habebant, nam & ab origine rerum pro Diis immortalibus veteres haſtas colebant, ob cujus religionis memoriam adhuc Deorum ſimulacris haſtæ adduntur*.

*Valeſius*.



(1) Athenæus Dipuoſophiſt. lib.1. cap.14.
(2) Vaillant. num. famil Rom.tom.3. tab.8. n.3. & tom.1. p.57.
(3) Speculatio de natur. Deor. inter Mitholog. edit. Lugd. pag.156.
(4) Bergerius de Imp. Rom. viis lib.4. ſect. 43. tom.10. Theſ. antiq. Rom. pag.520.
(5) Hiſtor. lib. 43. pag. 244. edit. Plantinian.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

# MERCURIUS IN ACHATE

## *TABULA XXXII.*

JUVENILIS Mercurii effigies inſculpta hic viſitur, dextera caduceum geſtans, additis præterea Gallo, ac teſtudine ad latus poſitis. Cur ei gallus a veteribus fuerit adtributus, non una ratio affertur; is enim cantu mane Solis adventum nunciat. Fortaſſe etiam, quod ſæpe antiqui ex ejus cantu tempeſtivo fauſtarum rerum auguria capiebant, ex præmaturo autem, aut tardo contraria præſagiebant. Ita enim Bæotii nobilem illam Leuctricam victoriam de Lacædemoniis reportatam præſenſerunt, præcedenti nocte tota gallis concinnantibus; nam gallus a rivali victus, conticeſcit, & aliquo loco ſe abdit; cum victoriam obtinet, præ lætitia geſtit, cantuque ubique ſuam victoriam prædicat.

Teſtudo vero eidem, ut Liræ inventori, adſcribitur: Idcirco apud Apollodorum legitur, quod Mercurius, qui Apollinis boves paſcebat, furto abactis: *Inde in Cyllenem feſtinanter proficiſcitur, pro antri oſtio depaſcentes teſtudinem invenit, qua perpurgata, & abſterſa ſuper ejus teſta nervos ex mactatorum boum inteſtino confectos tetendit, & Lyram conficit.*

*Venutus.*

MARS

(1) Lib.III. de Deor. orig.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

# MARS
## IN CORNEOLA
### *TABULA* XXXIII.

MARS altera haſtam fert dextera, clipeoque ſiniſtra incumbit, qualem deſcripſit Homerus *clipeiferum*, *haſtaque potentem* Martem vocans. Ab Antiquis effictus eſt ferox, atque bellicoſus; ex quo diſcimus bella plerumque naſci ex cupiditate Regnorum, ac divitiarum; armatus quoque effingitur, manu haſtam, atque flagellum geſtans, eumque interdum equo, interdum curru impoſuerunt. Homerus ejus currum a duobus equis trahi dicit, quorum unus *Terror*, alius *Timor* appellatur. Alibi non equos eos vult eſſe, ſed comites; quibus etiam *Impetum*, *Furorem*, ac *Violentiam* adjungit; quod Statius[2] imitatur, cum Martem inducit, ad diſſidia in duos fratres Eteoclem, ac Polynicem ſerenda proficiſcentem; poſteaquam ejus arma deſcripſit, thorax auratus, ac terribilibus, & formidandis monſtris refertus, clipeus luce ſanguinea fulgens, eum circumſtare Furorem, & Iram; equorum fræna Terrorem moderari; Famam omnes præcedere, tam veri, quam falſi nunciam; nam ea ex levi interdum rumore oritur, quod paulatim creſcens, omnia demum loca complet: Homerus eam Jovis nuntiam vocat.

*Valeſius.*

MARS

(1) Hymno in Martem. (2) Thebaid. lib. 8.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

# MARS

## INCIS. IN GEMMA VULGO GRANATA

## *TABULA XXXIV.*

MArs , tamquam ſupremum belli numen exprimens ſiniſtra haſtam puram , dexteraque fulmen gerit : ac profecto fulmen , vim illam bellicam ſignificat obvia quæque proſternentem , idcirco Belli fulmina ſummos duces Poetæ dixere , ſic Virgilius [1] : *Duo fulmina belli Scipiadas* appellarunt , eodemque modo Alexandrum Lucanus [2] , qui tamen potius ad damna , quæ ille Aſiæ intulit , quam ad militarem invicti Principis virtutem reſpexit

*Macedonum fines latebraſque ſuorum*
*Deſervit , victaſque patri deſpexit Athenas*
*Perque Aſiæ populos fatis urgentibus actus*
*Humana cum ſtrage ruit , gladiumque per omnes*
*exegit gentes , ignotos miſcuit amnes ,*
*Perſarum Euphratem, Indorum ſanguine Gangem*
*Terrarum fatale malum , fulmenque quod omnes*
*Percuteret pariter populos .*

tum potentiæ , ac victoriæ ſignum , veteres fulmen putavere ; cum enim Mithridati adhuc infanti fulmine incenſæ cunæ fuiſſent eo intacto , adultoque ſagittæ , pharetra dimiſſa , magnam ei fore in rebus bellicis potentiam Augures prænunciarunt [3] ; & Baccho contra Indos pugnanti victoriam fulmen portendit .

*Valeſius .*

BAC-

(1) Æneid. lib. XI.
(2) Lib. X. verſ. 28.
(3) Plutarch. ſympoſiac. lib. I. pag. 624. lib. I. pag. 624. oper. tom. 2. edit. Xilandri .
(4) Nonnus Dionyſiac. lib. 14. verſ. 266.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

# BACCHUS
## A NUTRICI ULNIS ELATUS
## IN ACHATE
## *TABULA XXXV.*

HAbetur in fabulis, ſicut Mytologis palam eſt, Bacchum a Muſis Nyſæ, quæ Urbs eſt in India, fuiſſe nutritum, atque educatum; a qua aliqui volunt, eum dictum eſſe *Dionyſium*. Alii aſſerunt a Nymphis educatum fuiſſe; ſed & Muſæ, quæ ſæpe æedem cum Nymphis ſunt Dionyſii nutrices fuiſſe perhibemus. De Bacchi primordiis Virgilius [2] cecinit, a duobus Satyris, ac Nympha quæpiam elatum, quod forſan in noſtra Gemma exprimitur; qui cum in antro quodam dormientem, atque ebrium deprehendiſſent prope pendente canthara, propriis cum ſertis, quæ ex capite delapſa erant colligarunt, aſportaveruntque.

Ex hac fabula ductus Amphitryon Athenarum Rex, ut Athenæus refert [3], didicit, aquam cum vino permiſcere; quod quidem inventum maximam attulit mortalibus utilitatem; quare ei in Horarum Templo aram poſuit: hæ namque cum ſint anni tempora, viti augumentum, ac fructus præbent, prope aram Nymphis dicavit, quod admonebat vino temperate utendum: nam Nymphæ pro fontium, ac fluviorum aquis capiuntur, quæ ad potandum ſunt idoneæ; ſed diutius in his immorari ſuſcepti non eſt inſtituti.

*Venutus.*



(1) Vid. Hygin. Mytol. Ovid. Metam. Natal. Com. Lil. Girol. Bannier. ceterique Mytol.

(2) Eclog. VI.

(3) Dypnoſophis.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

# VERTUMNUS

## INCIS. IN CORNEOLA.

## *TABULA XXXVI.*

VERTUMNUM, alterum veluti Protheum, in multas ſeſe formas vertiſſe putarunt veteres [1]. Fuit autem antiquus Thuſcorum Rex, qui ob traditam pomiferas arbores ſerendi rationem pro Deo cultus eſt, hortorumque cura ei attributa; ejus ſimulacrum in vico Thuſco [2] Romæ ad Velabrum poſitum erat, illique Vertumnalia feſta menſe Octobri celebrabantur, & ad ejuſdem aram [3]

*Hic dulces ceraſos, hic autumnalia poma*
*Cernis, & æſtivo mora rubere die.*
*Inſitor hic ſolvit pomoſa nota corona*
*Cum pirus invito ſtipite mala tulit.*

Vertumnus etiam Deus humanis cogitationibus præpoſitus credebatur, quique diverſas formas induere veteres dicebant, ſicuti & homines ſubinde conſilia mutant. Aliqui eum anni Deum putaverunt, qui juxta tempora, varias ſumit figuras; atque ideo ejus natura cunctis figuris eſt opportuna, ut Propertius de eo [4] dicit, cujus deſcriptio elegantiſſima eſt.

*Valeſius.*

HER-

(1) Ovid. Metam. lib.14. fab.16.
(2) Varro de ling. lat. lib.4.
(3) Propert. lib.4. eleg.2. verſ.16.
(4) Idem lib.4.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

# HERCULES
## CERBERUM DOMANS
### IN CORNEOLA
## *TABULA XXXVII.*

DE Cerbero nota eſt Fabula: Heſiodus [1] ei centum capita tribuit; eumque Plutonis oſtiarium appellat, eiſque blandiri, qui infera loca ingrediuntur,

*Sed remeare gradus*
*Hoc opus, hic labor eſt* [2]

nam qui egredi ſtudent, continuo ab illo corripi, atque devorari dixit; quod quidem ejus nomini congruit; nam Cerberus, quaſi κραβευρος, hoc eſt *carnem vorans* dicitur; inde aliqui per eum terram ſignificari dixerunt, quæ cadavera vorat, atque conficit; huic ſimilis erat quidam Eurynomus, de quo ex Delphicis interpretibus Pauſanias ſcribit [3], ipſum inferorum fuiſſe dæmonem, qui mortuorum carnes abſumeret, ita, ut oſſa ſolummodo relinquerentur; colore erat inter cæruleum, & nigrum medio, quales Muſcæ eſſe ſolent, quæ carnibus inſederint; dentes oſtentabat, vulturis erat ſubſtrata pellis. Quidam cenſerunt, Cerberum noſtrum hoc corpus referre, ſicut enim infernum adeuntibus ſe mitem oſtendit, ita & hoc ſe præbet facile, atque obſequens iis qui genio, ac voluptatibus indulgent; item non ſecus, maximum faceſſit negocium iis, qui a vitiis ad virtutes deficere volunt, atque ille in eos inſurgit, qui ex inferno ex ire tentant.

Ad

(1) Heſiod. in Theog.
(2) Virg. Æn. lib. 6.
(3) Pauſan. in Delphic. lib. ult.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Ad hanc fortaſſe ſignificationem Virgilius reſpexit [4], cum fingit, belluam hanc Æneam, hominem ſcilicet omnibus virtutibus inſignitum, primo ingreſſu allatrantem; quod contrarium videtur iis, quæ de eadem Heſiodus, aliique ſcripſernnt; qui volunt eam ingredientibus abblandiri, ſed nihil eſt inter eos diſcrepantiæ, ſi rem ſuis momentis velimus expendere, nam qui ad inferos deſcendit, hoc intellectu, ut vitiorum cæno ſeſe ingurgitet, is Cerberum in aditu oſtendit, qui miris modis ipſum demulceat, hoc enim corpus animi libidinibus magnopere acquieſcit, ac oblectatur; quod tamen acriter reclamat, ſi quis a tantis ſordibus reſilire velit; hinc Hercules bellum in vitia movens Cerberum domat.

*Venutus*.

# HERCULES
## TRIPODEM AUFERENS
## IN CORNEOLA
## *TABULA XXXVIII.*

IN gemmis fabulas quoque ſculpſiſſe veteres Tuſcos artifices Scarabeum oſtendit. Cernitur Hercules currenti ſimilis, qui Delphicum tripodem in humeris deferens, inſequentem Apollinem retortis oculis reſpicit, clavaque ſublata, necem minitari videtur. Apollodorus narrat, pugnam Herculis cum Apolline ob tripodem raptum, Jovis fulmine dirempta fuiſſe [1]. Venienti ad Oraculum Delphicum Herculi Amphi-

(4) Æneid. lib.VI. (1) Lib.II. cap.VI. §.II.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

phitruonis filio, tradit Pauſanias[2] Xenocleam Dei interpretem reſponſum dare recuſaſſe, quod cæde Iphiti erat pollutus: ideoque ſublatum e Templo tripodem, Herculem aſportaſſe Phenæum Arcadiæ, cepiſſeque reddere reſponſa: demum reddito tripode quidquid volebat a Xenoclea didiciſſe.

Tripodem Delphicum quomodo Etruſci expreſſerint, ex hac rariſſima gemma, quæ extat in Muſeo Coratio diſcimus. Obſervanda eſt nota Aſtri, quæ cum in medio tripodis ſit appoſita forſan ad Apollinem referri debet.

*Gorius.*

# LEO NEMEUS
## INCIS. IN CORNEOLA
## *TABULA XXXVIII.*

INTER Pythagoreorum opiniones ea fuit,[1] Lunam alteram Terram eſſe, ac animalia decies quinquies noſtrorum magnitudinem ſuperantia alere, atque[2] τὸν λέοντα τὸν νεμαῖον ἐκεῖθεν πεσεῖν μυθολογοῦσι: *Leonem Nemæum illinc decidiſſe fabulantur* in Herculis perniciem, & ad inferendam vaſtitatem a Junone immiſſum, verum immanem illam, ac invulnerabilem belluam idem Hercules, jubente Euriſtheo clava confecit, unde Juno apud Senecam exclamabat[3]

*Sublimis alias Luna concipiat feras*

poſtea locatum inter aſtra leonem finxere in memoriam pri-



(2) Lib. x. in Phocic. cap. XIII.
(1) Plutarch. de Placit. Philoſoph. lib. 2. cap. 30.
(2) Achilles in Comment. Aratæis apud Politianum Miſcell. cap. 17.
(3) In Hercule furente act. 1. verſ. 83.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

primi Herculei laboris, *&* [4] *Ægyptii in Zodiaco conſecravere ea cæli parte, qua maxime annuo cenſu ſol calido effervit calore, leoniſque inibi ſignum domicilium Solis appellant*; hinc in gemma ad Cœleſtem Leonem demonſtrandum ſtellam addidere, & hanc crinitam, forſan quia illi, qui inſculpi id juſſit, fælix aliquid contigerit, comete in hoc ſigno apparente. Sacrum quoque fuerat Soli hoc animal; ideoque inter vana Baſilidianorum amuleta [5] ſæpe in gemmis occurrit Leo cum ſtellis inſculptus.

*Valeſius.*

# L E O

## PAPILIONEM ORE FERENS

### IN CORNEOLA

### *TABULA XL.*

LEo Solis animal, ſolariſque naturæ particeps ab omni ferme Mythologorum cetu perhibetur. Dianæ tamen, Magnæ Matri Cybele, Cereri, ac Iſidi adſcriptum fuiſſe nobis inſinuat Menetræjus. Cum Leo apem ore gerat, quæ propria Dianæ eſt, Dianæ deſtinatum crediderim ad duplicem Leonis naturam; ejus enim anteriores partes, quia robore ingenti præditæ ſunt, cœleſtia; poſteriores, quæ debiliores terreſtria referunt. Quæ cauſæ licet ad confirmationem ſatis ſint, aliam tamen cauſam ex Arato petere licebit [1], uti ex Nigidio; refert enim, Leonem, qui in aſtris locum obtinet juſſu Junonis apud Lunam nutritum, educa-

(4) Vetus Comment. Arat. inter Mytholog. edit. Lugdun. pag.183.

(5) Miſcellan. Chiffletian. tom.6. in Comment. ad Gemmas abraxas tab.6. 2. 26. 30.

(1) Phænom.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

educatumque fuiſſe. Porro quid cauſæ eſt, quod apem ore ferat? Apum quippe labor, & vita indefeſſa, Leoni adſimilis, nihil aliud eſt, quam exemplar Reipublicæ ab optimis legibus, & civili diſciplina inſtitutæ. Poſſet etiam gemmam ad Solis, Lunæque virtutem referri in rebus omnibus producendis, ac fovendis, oſtendique nexum, quo terrena cœleſtibus conjunguntur, a quibus dum commixtionem recipiunt, eadem inter ſe, & cum cœlo aptiſſime cohærent [2].

Si vero Leo papilionem ore gerit, quod forſan veroſimilius eſt, gemma genetlyaca eſt, atque ad animam referri poteſt, quæ vitam gerit ſub Leonis ſigno.

*Venutus.*

# PROVIDENTIA

## INCIS. IN ACHATE

## *TABULA XLI.*

NOTUM ſatis ſuperque eſt, quantas in Eccleſia Dei turbas excitaverinr hæretici illi Baſilidiani, & Gnoſtici, eorumque fætus Valentiniani, & Marcoſiani, quæ impiorum hominum colluvies altero ſæculo poſt Chriſtum natum, noſtræ Religionis puritatem Ethnicorum fabulis, magiciſque ſuperſtitionibus temerare auſa eſt. Utebantur iſti pro Amuletis quibuſdam imaginibus gemmis inciſis, quarum una hæc noſtra eſt, eo majore in pretio habenda, quo alia ſimilis non reperiatur inter tot illas, quarum ectypa protulere Chiffletius [1], & Auctor Prodromi Muſei Cappelli.

(2) Meneth. de Dian. Epheſ. ſymbol. p.24. (1) Jo. Chiffletius Comment. in gemm. abrax. tom.6. Miſcell. Chiflet.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

pelli Veneti, Inſculpta in parte ſuperiore illius eſt Providentia orbem dextera, ſiuiſtraque haſtam puram gerens, qualem exhibent nummi Alexandri Severi[2], ac Poſthumii[3]; in adverſa vero parte viſuntur ſequentes litteræ perversè formatæ, ac de induſtria putandum eſt, cum hæretici illi ubique doctrinam ſuam occultare ſatagerent[4].

ΙΔΩ Ι'Δ'
ΟΥΧΕΙΔΙΔ
ΔΙΔΝΙΔ
Ω

Diſtinguendæ ſunt voces ſingulæ, ut ſenſus elici poſſit; verum præmittendum eſt, quod in hanc rem ſcripſit Chiffletius[5]: *In gemmarum* (Baſilidianarum) *inſcriptionibus magica plerumque ineſt obſcuritas, atque affectata barbaries; nec alibi divinationum, aut conjecturarum impuritas major*. Ita legendam verò puto noſtram inſcriptionem

| | |
|---|---|
| ΙΑΩ Ι'Δ' | *Jao vide* (*quod*) |
| "ΟΥΚ'ΕΙΔΕ'Α | *non forma* |
| ΔΓΑ Η̃ΙΑ | *Divina ſit Ja* |
| Ω | *o* |

Immutantur duæ tantum litteræ ſecundi verſus, nempe Χ in κ juxta ortographiæ leges, cum ſequens vox ſpiritu leni notata ſit, & hic error frequenter invenitur etiam in Numiſmatibus, ut recte monuit Spanhemius[6] propter ſoni ſimilitudinem: Ι autem in altera voce vertenda fuit in Ε, ut ſignificationem reciperet. Initium dat Inſcriptioni invocatio nominis *Jao*; quod ab Hæbreo ineffabili *Jehova* effictum eſt; *Jao* autem Gno-

(2) Edit. ann. 1702.
(3) Mediobar. in Numiſ. Imper. p. 318. 392.
(4) Tertull. contr. Valentinian. tom. 3. c. 1. ex recenſ. Pamelii edit. Pariſ. 1590. pag. 524.
(5) Jo. Chifflet. Abraxas Prothæus Miſcell. Chiffl. tom. 6. pag. 43.
(6) De Præſt. & V. Numiſ. Diſſ. 2. p. 117.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Gnoſtici inter majores Cæli Principes conſtituebant [7]: τὰ δὲ τῶν μειζόνων κατ' αὐτοὺς Ἀρχόντων. ὀνόματα ταῦτα εἶναι λέγουσι πολλοὺς λέγοντες, ἐν μὲν τῷ πρώτῳ οὐρανῷ εἶναι τὸν Ἰαὼ ἄρχοντα: *majorum porro Principum nomina hæc eſſe memorant; in ſupremo inquiunt orbe reſidet Jao*. De Valentini vero fabulis, qui *Æonas* confixit, ſic Tertullianus [8]: *Trigeſimum autem Æonem Bithim illum videre voluiſſe, & ad videndum illum auſum eſſe in ſuperiora Pleromatis conſcendere, & quia ad magnitudinem ipſius videndam capax non fuit, in defectione fuiſſe, ac pene diſſolutum eſſe, niſi quia miſſus ad conſtabiliendum illum ille, quem appellant* Horon, *confirmaſſet illum dicto Jao*. Inter autem Marcoſiorum initiandi ritus poſt varia initiatus reſpondebat [9]: ἐστήριγμαι, καὶ λελύτρωμαι καὶ λυτροῦμαι τὴν ψυχήν μου ἀπὸ τοῦ αἰῶνος τούτου, καὶ πάντων παρ' αὐτοῦ ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Ἰαώ: *Confirmatus ſum, ae redemptus, & anima mea ab hoc ſæculo, omnibuſque, quæ ab eo ſunt, redimitur in nomine Jao*. Ea vero quæ in epigraphe ſequuntur, nempe *quod forma divina non ſit Jao*, referenda ſunt ad imaginem Providentiæ, ſub hujus ſcilicet typo adumbrari numen *Jao*, cujus non extaret in gemma divina forma; putabant enim Providentiam fuiſſe ab ipſo productam, de qua re aperte Tertullianus [10]: *Poſtea Baſilides hæreticus erupit, hic eſſe dicit ſummum Deum nomine Abraxam, a quo mentem creatam, quam græce* νοῦν *appellat, inde verbum ex illo* PROVIDENTIAM, *ex providentia virtutem, & ſapientiam, ex ipſis deinde Principatus, & Angelos factos*. Abraxas autem ille, idem erat, ac Mithras, Sol Perſarum Deus; ac Jao quoque Sol erat, ut ex reſponſo Apollinis Clarii apud Macro-



(7) S. Epiphan. adverſ. hæreſ. ex recenſ. Petavii tom.2. lib.1. pag.72. edit. Pariſ. 1622.
(8) De præſcript. tom.3. cap.4. pag.403.
(9) D. Epiphan. tom.3. lib.1. p.255. hæreſi 34.
(10) De præſcription. t.3. cap.46. pag.401.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

crobium [11], niſi quod in nominibus tam Abraxæ, quam Mithræ ſi exprimantur numeri ex litteris illa componentibus afficitur 365. qui numerus reſpondet totidem Anni diebus, quibus Sol curſum ſuum conficit, cæliſque [12], quos Baſilides ſomniaverat, adſignans unicuique ſuam virtutem, ac Principem [13]

| | | | |
|---|---|---|---|
| Α | 1 | Μ | 40 |
| Β | 2 | Ε | 5 |
| Ρ | 100 | Ι | 10 |
| Α | 1 | Θ | 9 |
| Ξ | 60 | Ρ | 100 |
| Α | 1 | Α | 1 |
| Σ | 200 | Σ | 200 |
| | 365 | | 365 |

At ſi divinare in his liceat, ſingulis inſcriptionis, quæ in gemma eſt, litteris, ſi numerus juxta ordinem, quo quæque ſuo loco in Alphabeto locata eſt attribuatur; quæ numerandi ratio apud Græcos quoque uſurpata eſt, efficitur ſumma 187.

| | | |
|---|---|---|
| ΙΑ Ω ΙΔ | | 187 |
| 9 1 24 9 4 | 47 | 187 |
| Ο Υ Χ Ε Ι Δ Ι Α | | |
| 15 20 22 5 9 4 9 1 | 85 | 374 |
| Δ Ι Α Η Ι Α | | |
| 4 9 1 7 9 1 | 31 | 9 |
| Ω | | |
| 24 | 24 | 365 |

Quæ ſumma 187. ſi duplicetur fit numerus 374. e quo ſi 9. ſubducantur, cum novenarium hieroglyphicum infauſtum fuerit, & erat [14] *Symbolum naturæ genia-*

(11) Lib. 1. Saturnal. cap. 18.
(12) S. Iræneus lib. 1. cap. 23.
(13) Apud Kircher. Oedip. Chifflet. & alios.
(14) Kircher. Oedip. tom. 2. par. 2. claſſ. 7. cap. 3. pag. 39.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

*genialis a ſupremo numine, ideſt Decade deficientis, ut Pherecides ſcriptum reliquit, dictuſque fuit anteſignanus agminis a Deo deficientis, & teſte Euſebio Ophoneus, ideſt Dæmon ſerpentinus, quem Magi placare ſtudebant*; redit numerus 365., qui continet Abraxam, & Mithram; & conjicere eſt eos qui hoc amuletum geſtabant ſperaſſe ob Jao Abraxæ invocationem ac patrocinium fore, ut omnes anni dies fauſtos, lætoſque tranſigerent. Hinc conſiderandum eſt in quem errorem, ſcelerumque imum gurgitem miſeri homines tranſverſi a propriis vitiis acti dejiciantur, ubi ſemel a vera Religione deflexerint. *Valeſius*.

# FORTUNA
## DELPHINO INSISTENS
### INCIS. IN ACHATE.
### *TABULA XLII.*

ITERUM ſpectandum nobis ſeſe exhibet, vanum illud veterum Numen, Fortuna, cui [1]: *omnia expenſa, omnia feruntur accepta, & in tota ratione mortalium ſola utramque paginam facit*: Mari vehitur a Delphino, & ad exprimendam maris inſtabilitatem perpetuo motu agitati, inconſtantiæ ipſius Fortunæ parem, & quia hæc putabatur Oceani filia, auctore Homero, ut refert Pauſanias [2]: πρῶτος δὲ ὧν οἶδα ἐποιήσατο ἐν τοῖς ἔπεσιν Ὅμηρος Τύχης μνήμην ἐποιήσατο ἐν ὕμνῳ τῷ ἐς τὴν Δήμητρα, ἄλλας τε τοῦ Ὠκεανοῦ θυγατέρας κα-

(1) Plin. lib.2. cap.7. pag.2. (2) Pauſan. in Meſſenicis, ſeu lib.4. edit. Hannovv. pag.273.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

καταεισθημένους ὡς ὁμοῦ κόρῃ τῇ Δήμητρος παίζουσι, καὶ Τύχην ὡς Ὠκεανοῦ πάντων παίδα οὖσαν: *ac Fortunæ quidem ( cui Tyches apud Græcos nomen ) poetarum primus quod ſciam mentionem fecit Homerus hymno in Cererem, cum & alias Oceani filias, & Tychen ipſam tamquam Oceani filiam ludentes cum Proſerpina feciſſet.* Fert tergo Fortunam Delphinus [3] *velociſſimum omnium animalium, non ſolum marinorum, ocyor volucre, ocyor telo*. Nam cum fame concitati, & fugientem in ima vada piſcem inſequuti, diutius ſpiritum continuere, ut arcu emiſſi ad reſpirandum emicant. Dentibus centum, & ſexaginta poſt roſtri cuſpidem, os communitum habet. Fiſtulam inter oculos gerit, per quam & aërem trahit, & aquam reicit; præter communem piſcium modum, palpebras habet, & meatus auditorios. Quo ad noſtram Fortunam panditur illa velum ad excipiendos cujuſcumque venti flatus, & quo forte impulerint; eo velociſſime curſum directura, nam [4]

*Fortuna numquam ſiſtit in eodem ſtatu*
*Semper movetur, variat, & mutat vices.*

Idcirco ſimulacrum ejus, ut inquit Lactantius, *cum copia & gubernaculo fingitur, tamquam hæc & opes tribuat, & humanarum rerum regimen obtineat*. Sol, & Luna lateribus Fortunæ ſtatuebant, cum juxta Chaldæos, & Genethliacos Fortuna crederetur eſſe Aſtrorum diſpoſitio.

*Valeſius.*

FOR-

(3) Plin. lib. 9. cap. 8. pag. 96. (4) Auſon. epigram. 134.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

# F O R T U N A

## INCIS. IN CORNEOLA.

## *TABULA XLIII.*

QUAMPLURIMA Templa Romæ fuere huic falſo Numini dicata, videlicet, Stantis, Manentis, Reducis, Bonæ, Equeſtris, Muliebris, Primigeniæ, Obſequentis, Privatæ, Viſcoſæ, Fortis, Publicæ, Virilis [1]; at paſſim, ut in noſtra gemma, ſub tali ſpecie in nummis deſcribitur [2]. Fortunæ dederunt veteres gubernaculum & alas ad ejus inconſtantiam, & inſtabilitatem oſtendendam; videnda ſunt ea, quæ refert Cl. Cuperus [3], & Averanius [4]. Lactantius autem Firmianus, Fortunam nihil aliud eſſe dicit, quam nomen vanum, quod hominum inſipientiam arguit; Ciceroni conſentiens, qui in Academicis quæſtionibus ſic inquit: *Fortuna efficit nobis multa improviſa propter obſcuritatem, ignorantiamque cauſarum*. Quamquam unam ſolam haberent Fortunam, nihilominus quandoque duas effinxerunt; Bona candido vultu, mala atro erat prædita. Præneſte ubi ea celeberrimum Templum habebat ſub duarum ſororum imagine colebatur, ut Alexander Neapolitanus refert [5]; ob eandemque cauſam Pindarus, quemadmodum Plutarchus [6] teſtatur, eam duos Temones moderantem effinxit.

*Valeſius.*

*Muſ. Cort.* P FOR-

(1) Publ. Vict. & Sex. Aret. Vict. de Region. Urb.
(2) Oyſel. Numiſ.
(3) In Apotheoſ. Homer. pag. 45.
(4) Diſſert. 81. n. 5. 6. in Antholog.
(5) Dier. Genial. Suareſius de Fortuna Præneſt.
(6) De Fortuna &c.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

# FORTUNA

## INCIS. IN CORNEOLA.

## TABULA XLIV.

*Fortunam culpant omnes, probriſque laceſſunt,*
*Cum tamen hæc magnum potius mereatur honorem.*

LIBET mihi ab his Dantis Aligherii verſibus Fortunæ tractationem auſpicari; ei namque nos mortales quidquid extra ſententiam cadit, acceptum ferimus, illud moleſte ferentes, ex quo potius magnam lætitiam ſuſcipere deberemus, videmurque rei familiaris, & honorum comparationem, eorum rurſus jacturam, ac rerum omnium viciſſitudinem ab ea pendere, arbitrarique. In Gemma noſtra, in qua Fortuna cum copiæ cornu, & gubernaculo viſitur, belle facit Lactantii [1] de Fortuna teſtimonium: *nam ſimulacrum ejus*, ait ille, *cum copiæ cornu, & gubernaculo fingitur, tamquam hæc opes tribuat, & humanarum rerum regimen obtineat*. Hanc ob cauſam Fortunam cæcam, inſtabilem, dementem, malis potius, quam bonis amicam dicimus, ut eſt in quodam Epigrammate, quod inter Virgilii opuſcula recenſetur; id eſt ejuſmodi

*O Fortuna potens, quam variabilis*
*Tantum juris atrox, quæ tibi vindicas,*
*Evertiſque bonos, eligis improbos:*
*Nec ſervare potes muneribus fidem.*
*Fortuna immeritos auget honoribus*

*Fortu-*

(1) Lib.3. c.29.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

*Fortuna innocuos cladibus afficit.*
*Juſtos illa viros pauperie gravat.*
*Indignos eadem divitiis beat.*
*Hæc aufert juvenes, & retinet ſenes,*
*Injuſto arbitrio tempora dividens.*
*Quod dignis adimit, transfert ad impios:*
*Nec diſcrimen habet, rectaque judicat:*
*Inconſtans, fragilis, perfida, lubrica*
*Nec quos clarificat, perpetuo fovet*
*Nec quos deſeruit perpetuo premit.*

*Valeſius.*

# ARA FORTUNÆ

## IN GEMMA VULGO NICCOLO.

### *TABULA XLV.*

TANTAM veteres vana religione ducti potentiam, & auctoritatem Fortunæ detulere, ut dixerit Plinius [1]: *toto quippe mundo, & locis omnibus, omnibuſque horis, omnium vocibus Fortuna ſola invocatur, una nominatur, una accuſatur, una agitur rea, una cogitatur, ſola arguitur*: idcirco: *ſimulacrum ejus*, ut inquit Lactantius, *cum copia, & gubernaculo fingunt, tamquam hæc, & opes tribuat, & humanarum rerum regimen obtineat*: unde Ara, quæ in Gemma conſpicitur, Fortunæ, cujus inſignia ſuperius ſunt, dicata apparet: oblonga ea eſt, qualem in Græcia Parcarum fuiſſe refert Pauſa-

(1) Plin. lib.2. cap.7. edit. Venet. 1571. pag.3.

(2) Lactant. Divin.Inſtit. lib.3. edit.Plantin. pag.588.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Pauſanias [3]; πλήσιον δὲ καὶ μοιρῶν βωμός ἐστιν ἐπιμήκης: *juxta vero etiam Parcarum ara eſt figura oblonga*, & Fortunam ſane ex Parcis unam veteres putavere [4]: ἐγὼ μὲν οὖν Πινδάρου τά τε ἄλλα πείθομαι τῇ ᾠδῇ, καὶ μοιρῶν τε εἶναι μίαν τὴν τύχην, καὶ ὑπὲρ τὰς ἀδελφάς τι ἰσχύειν: *Facile autem mihi Pindarus in ſuis canticis, cum alia multa perſuadet, tum vero unam eſſe Parcarum Fortunam, & quidem poteſtate ſororibus antecellere*; hæc vero ea fuit quam Lacheſin, hoc eſt ſortem Græci dixere. Exornatur vero Ara duplici ſydere, cum juxta Chaldeos [5], & Genethliacos Fortuna crederetur eſſe ſyderum diſpoſitio. Adſtant hinc inde Locuſtæ, quæ moderationem, ac temperantiam ſignificant, uti legitur apud Pierium Valerianum [6]: *Ophiomacum, quem alii Stellionem, nos terreſtrem Locuſtam eſſe comperimus; per hanc Ægyptii modeſtiam, temperantiam, atque continentiam intelligebant, quippe quæ nequitiæ virtutes oppoſitæ ſunt, ea ſiquidem ſerpentem oppugnat, voluptatem quippe Terræ ad ſerpentem allidit. Ipſa autem crura habet, quæ corpuſculum alte tollat ab humo, a terraque interim eorum nixu reſiliat, & feratur in ſublime, colliſoque ſerpentis capite intellectus proximior fiat, qui quidem terrenis obrepere neſcius ab iis disjungi, abalienarique aſſidue meditetur.*

Autumare itaque liceat, illum qui gemmæ gubernaculum navis, copiæ cornu, aram, ac locuſtas incidi juſſit, illud deſignare voluiſſe, iis nempe quibus Fortuna favet maxime moderationem præſtare, cum plerumque ſit [7]:

*Neſcia mens hominum fatis ſortiſque futuræ*
*Et ſervare modum rebus ſublata ſecundis.*
*Valeſius.*

BO-

(3) Pauſan. in Eliacor.l.5.p.315.ed.Hannov.
(4) Idem in Achaic. ſeu lib.7. pag.451.
(5) Voſſius de Origin. & progreſſ. Idolol. lib.2. cap.43. tom.1. pag.545.
(6) Hieroglyph. lib.28. p.202. edit. Baſil.
(7) Virg. Æneid. lib.x. verſ.46.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

# BONUS EVENTUS

## IN JASPIDE.

### TABULA XLVI.

DE Bono Eventu pauca dicam. Ejus ſimulacrum Romæ, in Capitolio una cum Bona Forruna poſitum erat; ejus effigies, ut Plinius meminit, [1] erat adoleſcentis pallio ad humeros pendente; dextera pateram, ſiniſtra ſpicam, ac papaver tenentis, Fortunæ enim favor adjungi poteſt, qui a veteribus etiam Deus eſt habitus; nam hic ab illa plerumque oriri videtur; licet a pulchritudine ſæpe naſcatur, interdumque a virtute; nam omnia quibus grati hominibus reddimur, nobis quoque favorem conciliant.

Bonus Eventus etiam inter ruſticos Deos recenſetur, qui agriculturæ præerat, uti in noſtra Gemma exprimi videtur. In nummo Galbæ [2] nudus depingitur dextra pateram, læva ſpicas, ut ejus ſimulacrum ab Euphranore factum teſtatur Plinius. [3] In Galbæ Nummis videtnr ſignatus ob agriculturæ ſtudium, quo ille delectabatur; quum in villa natus & educatus ſit, & Fundis prope Terracinam ſæpe moraretur. In Nummo Veſpaſiani inſcribitur PACIS EVENTVS. [4] Nam inter conſentes Deos erat cultus; Illius ſtatua a Praxitele facta ſimilis erat illi figuræ, quæ ſub epigraphæ *Pacis Eventus* dicitur. Demum obſervandum eſt Peſcennii rariſſimum Nummum, [5] in quo epigra-

*Muſ. Cort.* Q phen

(1) Plin. lib. 35.
(2) Vaill. num. præſt. pag. 70.
(3) Loc. cit.
(4) Vail. num. præſt. pag. 88.
(5) Idem pag. 102.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

phen BONI EVENTUS habetur, figura vero muliebris ſtans cernitur dextera caniſtrum, ſiniſtra ſpicas, ad innuendam forſan amplam meſſem Boni Eventus Dei auſpiciis collectam, cui ſacra Peſcennii juſſu facta fuerant.

*Venutus.*

# PIETAS
## IN CORNEOLA.
## *TABULA XLVII.*

MULIER ſtolata in ſarda inciſa videtur columellæ innixa, ſupra quam tripus, manibus velum protendit, Ciconia ad pedes adſtat. Quid? ſi Gemma Pietatem erga Deos innuere videatur, non ſolum ex adpoſito tripode, veluti Religionis inſtrumentum, quod & in Numiſmatibus obſervatur, veluti ad inſtrumenta ſagrificalia PIETATIS epigraphen [1] eſt adpoſita; ſed etiam ex expanſo velo, cum quo cæleſtes effluvios accipere videtur; idem dicendum de Ciconia.

Metellum Pii cognomen apud Romanos primum promeruiſſe creditur, quod aſſiduis apud Senatum lachrymis Patrem ab exilio revocaverit; & L. Antonium, qui Conſul fuit cum P. Servilio A. U. C. 713. ob eximiam in M. Antonium Triumvirum ſui fratrem pietatem exercitam *Pietatis* nomine appellatum, [2] ut unus, & alter denarius argenteus cum epigraphe PIETAS addita Ciconia pietatis ſymbolum habetur. [3] Quandoque

(1) Vid. De Bie, & Oyſell. Numiſ. (2) Dio lib. XLVIII. (3) Fulvius Urſin. in Auſtr. Gente.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

doque ultima liberorum in Parentes caritas præcipuo quodam jure pietatis nomine inſignita eſt: Ideo Antoninus ille Romanorum Imperator Clariſſimus hac de cauſa præſertim *Pius* eſt nuncupatus, quod Hadriano [4] magnos honores poſt mortem detulerit. Auſonius in gratiarum actione pro Conſulatu inter cetera *Piiſſimi* nomine laudat Gratianum, quod patrem ſuum Valentinianum inter Deos retulerat. At multo, quam cæteri, juſtiori de cauſa meruit hanc nominis prærogativam ille Cimon Miltiadis filium, [5] qui patrem ob crimen peculatus in Carcerem conjectum, ibique defunctum translatis in ſe vinculis ad ſepulturam redemit. Idem dicendum de Fœmina illa Romana, quæ Patrem fame damnatum in Decemvirorum carcere proprio nutrivit lacte; unde Plinius; *locus ille eidem conſecratus eſt Deæ Pietati C. Quintio, M. Acilio Coſſ. Templo Pietatis extructo in illius carceris æde, ubi nunc Marcelli Theatrum eſt*. Livius [6]; *Ædes duæ dedicatæ ſunt eo anno; altera in Foro Olitorio Pietatis. Eam Ædem dedicavit M. Acilius Glabrio* II *Vir, ſtatuamque auratam, quæ prima in Italia ſtatua aurata eſt, Patri Glabrioni poſuit. Is erat qui ipſa eam Ædem voverat, quo die cum Rege Antiocho ad Termopylas depugnaſſet, locaveratque idem ex S. C.*

*Venutus.*

VICTO-

(4) Spartian. in Hadriaco 24. (5) Juſtin. II; in fin. Plin. H. N. lib. 7. cap. 36. (6) Lib. 40.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

# VICTORIA
## IN ACHATE.
## *TABULA XLVIII.*

VICTORIA, ut plurimum ab antiquis alata, [1] volans, [2] virginis pulchre ſpeciem referens, altera manu lauream, aut oleaginam coronam præbens, altera palmam, vel parazonium tenens effingitur; ut in Numiſmaribus, gemmis, & marmoribus quam ſæpiſſime cernitur; ſed eandem interdum ſolam coronam habentem, aliquando cum ſola palma videmus. Romani ei quandoque laurum in manibus poſueruut; nam eam victoriæ ſignum ducebant, eamque cum laureatis litteris conjungebant, quibus ſcilicet Victoria annunciabatur. Itemque cum publica eſſet in Urbe lætitia de aliqua victoria nuper nunciata, hujus arboris folia in Jovis Opt. Max. gremium conjiciebant. Noſtram Gemmam graphice deſcribit Prudentius contra Symmachum Victoriæ ſimulacrum deridens, atque illos qui eam colerent, dum inquit; [3]

*Vincendi queris dominum? ſua dextera cuique eſt.*
*Eſt Deus omnipotens, non pexo crine virago,*
*Nec nudo ſuſpenſa pede, ſtrophioque recincta*
*Nec tumidas fluitante ſinu veſtita papillas.*

Ex quibus verbis Victoria noſtra cernitur: Quoad ſtrophium, eſt cingulum aureum, *ſtrophos* enim dicitur

(1) Apud Schol. Ariſtoph: in Avibus impreſſ. Baſil. 1547. pag.391.

(2) Pauſan. lib.1. pag.39. lib.3. pag.89. & lib.5. pag.240. Vid. Authol. lib.4. cap.21. ep.1.

(3( Prud. lib.2. contr. Symmach.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

tur convertere; [4] hinc dictum ſtrophium, & quod a poſterioribus ad anteriora convertitur; hinc Novius eum vocat, brevem faſciam, quæ virginalium papillarum tumorem cohibet, unde Catullus [5]

*Non tereti ſtrophio lactantes vincta papillas.*

*Valeſius*

# E Q U E S

## CHIMERAM IMPETENS

### IN CORNEOLA

### *TABULA XLIX.*

CUm hujus præclariſſimæ Gemmæ eques mulieris effigiem repreſentet, conjecturam faciunt viri ſagaces, non poſſe alterius, quam Amazonis eſſe eam effigiem. Arrianus [1] Amazones hominum ritu armatas prodiiſſe in bellum refert; quin primas omnium equum conſcendere Orator Lyſias teſtatur in funebri oratione εἰς τοὺς τῶν Κορηνθιων βοηθοὺς; & primas quoque armis ferreis corpus texiſſe: ita: *Etenim Amazones ab antiqua origine Martis filiæ erant: Juxta autem amnem Thermodonta habitabant, ſolæ omnium illius temporis ferro armatæ. Primæ enim omnium equis conſcenſis hoſtes fugientes præter ſpem, & ob ipſorum imperitiam, interficiebant; qui autem perſequebantur, eos curſu longe poſt ſe relinquebant.* Hippocrates præter equos, ſagittas his tribuit, & haſtam, dum ſic de iis ſcribit; [2] *Equitantque & arcu ſagittas* 



(1) Arrian. in Petipl. (2) De art. locis aqu.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

*excutiunt, ac haſtas manu torquent*. In nummis Heraclejæ Ponti Amazon eques cernitur pugnans cum Hercule [3]; in aliis vero Jeropolitanorum, & Moſthenorum Lydiæ ſola Amazon equitans cernitur arborem ante ſe habens, [4] ut in hac præclariſſima Gemma.

Amazon monſtrum haſta impetit, quod quidem monſtrum eſt penitus fabuloſum, juxta Homeri, ac Lucretii deſcriptionem.

*Prima Leo, poſtrema Draco, media ipſa Chimera.*

Ex ore maximam flammarum vim evomebat, quod & Virgilius teſtatur, [5] cum Chimeram in primo Inferni aditu, una cum aliis monſtris collocat. Sed res facile ita ſe habebat. Mons erat in Lycia ignivomus, in cujus cacumine Leones habitabant, in medio autem ubi paſcuis abbundabat, Capræ, in radicibus autem ſerpentes; & quoniam tam Bellerophon, quam Amazones, quæ Mylaſam in Lycia fundarunt, [6] montem forſan habitabilem reddiderunt, Chimeram fingitur occidiſſe. Omnibus innoteſcit celebriorem eorum ſedem, quæ in Cappadocia juxta Termodontem fluvium erat, ad quem civitas fuit nobilis Themiſcyra ab iis habitata, non longe a Caucaſo monte [7], in quo Chimeræ ſymbola quoque obſervantur.

*Venutus.*

DE-

(3) Petit. de Amaz. p. 134.
(4) Idem pag. 286. 289.
(5) VI. Æneid.
(6) Id. Petit. de Amazon. pag. 291.
(7) Strab. lib. XII.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

# DEDALUS
## ICARO ALAS IMPONENS
## IN CORNEOLA
## TABULA L.

SÆPE in Gemmis Dedalum alas efformantem obſervavimus, aliaque eſt in noſtra Academia, quam, Deo dante, publici juris faciemus in ſecundo volumine Cortonenſium antiquitatum. Simillimum, quam damus, exhibuit in ſuis voluminibus Cl. Gorius noſter Academicus. Omnibus notum Dedalum Mycionis filium, ac Icari patrem extitiſſe Athenis ortum. In Cretam ad Minoſſi Regiam deductus, ubi celebre Labyrintum extruxit, in quo poſtea detentus a Rege fugam arripuit cum filio Icaro, alas, cera illitas, ut Poetæ fabulantur, ſibi, illique additas ad avolandum; ſed cum Icarus proximior Soli ſeſe offerret, cera liquata, in mare decidit, atque [1]

*Icarus Icarias nomine fecit aquas.*

Ex Diodoro percipimus [2] Dedalum navem effeciſſe ad aufugiendum forſan velociorem, filiumque in mare decidiſſe. Dedalus quoque ſtatuarius extitit. De hoc artifice fidem quoque facit ingens quoddam ſimulacrum, cujus altitudo ad triginta cubitos pervenit, quod Pauſanias [3] in quadam Laconiæ parte refert Apollini poſitum; hæc ſtatua perquam antiqua videbatur,

(1) Ovid. Metam.
(2) Diod. Sic. lib. 5. c. 16.
(3) Pauſan. in Lacon.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

batur, eoque tempore exculpta, qua nondum homines arte earum ſcalpendarum callerent; nam ante Dedalum, qui omnium primus ſtatuarum membra cæpit diſtinguere, ut Suidas eſt auctor [1], ſtatuarii rudes, ac informes ſtatuas effingebant.

*Venutus.*

# CASTOR ET POLLUX

## INCIS. IN CORNEOLA.

## *TABULA LI.*

CASTOR, & Pollux gemini Ledæ filii, forma adeo ſimili fuiſſe perhibentur, ut internoſcere eos nec Apollo poſſet [2], nam

[3] *Chlamis hinc, Chlamis ardet & illi,*
*Ambo haſtile gerunt, humeros exertus uterque*
*Nudus uterque genas, ſimili coma fulgurat aſtro.*

Qui autem in gemma conſpiciuntur, non tectum caput habent pileis illis Laconicis, quo capitis tegmine effinxere vulgo veteres, ſed galeati ſunt, quales in ſcœnico apparatu ſe Chorinti vidiſſe memorat Apulejus [4]: *Caſtor, & Pollux quorum capita caſſides obbatæ ſtellarum apicibus inſignes contegebant.* Stellas autem in eorum capita decidiſſe refert Diodorus [5], quando Argonautis, inter quos illi erant, gravi tempeſtate jacta-

(1) Suid. in Lexic. in voce Dedal.
(2) Lucianus Dial. Deor. Dial. Apollin. & Mercur. t. I. pag. 184. ex recenſ. Jo: Benedicti edit. Salmur. 1619.
(3) Statius Thebaid. lib. 5. verſ. 438.
(4) Metamorph. lib. x. p. m. 230.
(5) Bibliothec. lib. 4. p. 245. ex recenſ. Rhod. edit. Hannoviæ 1621.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

jactatis, ac jam ſalutem deſperantibus Orpheus pro omnium ſalute Samothracibus Diis vota fecit, & mox mare pacatum redditum eſt; idem cecinit Valerius Flaccus de Jove loquens [1]:

*Ingenti flammantem nubila ſulco*
*Direxit per inane facem, quæ puppe propinqua*
*In bifidum diſceſſit iter, fratreſque petivit*
*Tyndareos, placida & mediis in frontibus hæſit*
*Protinus amborum, lumenque innoxia fundit*
*Purpureum, miſeris olim implorabile nautis.*

Nec ſolum Dioſcurorum ſtellæ procelloſo mari viſæ, tranquillitatem, ſed etiam tranquillo victoriam protendere putabantur, quod Lyſandro accidiſſe fertur [2], cum Peloponeſiorum Claſſem contra Athenienſes duceret; hinc in nummo C. Vibii Panſæ ad latera navium expreſſi Caſtrorum pileis, cum aſtris, non tantum ut *Claſſis Romana a tempeſtate ſervaretur*, quod obſervavit Vaillantius [3], verum etiam ad Victoriæ omen. Vetuſta inſuper eorum ſimulacra Δόκανα [4] appellata ad fraterni amoris exemplum deſignandum colebant Spartani, cum enim mortalis Caſtor obiiſſet, Pollux a Jove impetravit, ut cum fratre immortalitatem comunicaret, ideoque [5]

ἄλλοτε μὲν ζώουσ' ἑτερήμεροι, ἄλλοτε δὲ αὖτε
τεθνᾶσιν, τιμὴν δὲ λελόγχασιν ἶσα θεοῖσι

*Interdum quidem vivunt alternis diebus, interdum rurſus*
*Moriuntur, honorem autem ſortiti ſunt æqualem Diis.*

Denotarunt autem hac re veteres Philoſophi Hemiſpherio-

*Muſ. Cort.* S

(1) Argonauticor. lib.1. ver.567.

(2) Plutarch. in Lyſandro operum tom.1. pag.439. Patin. in Panegyr. ad Theodoſium de Pauli Æmilii victoria adverſ. Perſeum Regem Macedoniæ. Vid. Lanciſ. Diſſ. de Dioſcur.

(3) Numm. Famil. Roman. tom.2. pag.538. & tom.3. tab.145. n.3.

(4) Plutarch. de Fraterno amore oper. to.2. pag.498.

(5) Homer. Odiſ. lib.x. verſ.232.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

pheriorum conſtitutionem [1]: καὶ τοὺς Τυνδαρίδας δέ φασι τὴν Διοσκούρων δόξαν ὑπελθεῖν πάλιν νομιζομένων εἶναι θεῶν ζαγὰρ δύο ἡμησφαίρια, τότε ὑπὲρ γῆν, καὶ τὸ ὑπὸ γῆν Διοσκούρους οἱ σοφοὶ τῶν τότε ἀνθρώπων ἔλεγον: *Sed etiam Tyndaridas rurſus uſurpaſſe gloriam Dioſcurorum, qui putabantur eſſe Dii, duo enim Hemiſpheria, nempe, & id quod eſt deſuper terram, & id quod eſt ſub terram ſapientes ejus temporis homines Dioſcuros, ideſt Jovis filios dicebant*. Præcipuus Dioſcurorum cultus apud maritimas Urbes erat, ut videre eſt in Tripolitanorum, Orthonienſium, aliarumque Urbium apud Vaillantium Nummis [2].

*Valeſius*.

# MILITES

## FIDEM SESE MUTUO PRÆSTANTES

### IN ACHATE.

### *TABULA LII.*

DUO Milites in hac eximia Gemma obſervantur, ambo, heroum more, nudi, barbatus, ſenexque unus, alter vultu juvenili, ambo mutuo manibus pollicentes; ambo galea criſtata Græcorum more, clypeoque armati, quorum unus Meduſæ vultu eſt inſignitus; ſub eorum manibus parvula ſurgit ara, in qua vas inſiſtit. Equidem difficile eſt aliquid certi de hac gemma promere; ſed ſi conje-

(1) Sex. Empiricus contra Mathemat. lib.8. pag.315. ex recenſ. Herveti edit. Colon. Allobrog. 1621.

(2) Noris Diſſert.2. §.4. pag.100. edit. Lipſienſ. Vail. Num. Popul. & Retium.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

conjecturis dandus eſt locus, dicerem forſan exprimi Achillis cum Agamemnone concordiam.

Achilles poſt Patrocli mortem accepta a Thetide arma induit, nam ut Homerus ait [1]:

*At poſtquam omnia arma elaboravit inclytus Vulcanus*
*Coram matre Achillis poſuit attollens.*

Quibus illá acceptis ad naves Græcorum regreſſa eſt, &

Τεύχε' ἔθηκε
Πρόσθεν Ἀχιλλῆα
*Arma poſuit*
*Ante Achillem.*

Armis igitur receptis Achilles Græcos in concionem vocavit, & concordiam iniit cum Agamemnone, & fœdere icto ſanciunt in poſterum in amicitia perſtituros, quod ex manuum conjunctione ab antiquiſſimis uſque ad noſtra tempora in uſu eſt, & quotidie obſervantur in gemmis manus conjunctæ, & in nummis cum epigraphe FIDES MILITVM. Sed redeundo ad Achillem, inita pace cum Agamemnone, reſtituta Briſeida, acceptiſque donis, tunc demum a Minerva nectare, & ambroſia refocillatus ſeſe armis induiſſe memoratur. Quid ſi amphora, quæ in baſi obſervatur eſt illa plena Ambroſiæ, & nectaris? Ceterum Agamemnon ſenex eſt prorſus nudus, veluti jam heros, Achilles adhuc palliolo induitur, veluti aliquid humanum in ſe retinens, quod decidet forſan, poſtquam hauriet divinam illam potionem: ſed nihil certi eſt quod aſſeram in re tam obſcura.

*Venutus.*

ACHIL-

(1) Il. E. verſ.613. & ſeq.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

# ACHILLIS INTERITUS
## IN CORNEOLA.
## TABULA LIII.

POSTQUAM Achilles pluries victor fuit, tandem jacuit; ut Hector ei prædixerat [1]. De ejus morte ita graphice ad noſtram gemmam explicandam cecinit Quintus [2]:

*Inter nubes conſpectum ſui recondit Phœbus*
*Aeraque prætendens inimicum immittit telum,*
*Et continuo eum ſauciat in malleolum pedis*
*Statimque ægritudo cor ſubit, & ſubvertitur ad modum turris.*

Conſentiunt hæc cum marmore Ilyaco Capitolino, in quo cognoſcitur, quod nemo mortalium tantæ cædis gloriam ſibi vendicat; conſentiunt & cum Sophocle in Philoctete, ubi ex perſona Neoptolemi Achillis filii [3];

Τέθνηκεν ἀνδρὸς Θεοῦ δὲ ὕπο
τοξευτὸς ὡς λέγουσιν, ἐκ Φοίβου δαμείς:

*Occidit hominem nemo, ſed ſub dio*
*Sagittis impetitus, ut ajunt, a Phœbo domitus.*

Idem tradit & Libanius Sophiſta [4], quamquam Hyginus [5] ab Apolline ſub Paridis ſpecie id factum; Servius autem [6], manu Apollinis vulneratum, a Paride autem occiſum aſſerit.

Sed Trojanis Achilles ne læthaliter quidem ſaucius

(1) Il.X. v.399.
(2) Lib.3. v.60. & ſeq.
(3) Sophoc. v.333.
(4) Narrat.2111.
(5) Fab.cvii. & cxiii.
(6) Ad Virgil. lib.3. v.85.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

cius pepercit; rurſus enim ſurgens Orythaona confodiſſe, Hipponoum profligaſſe, Alcithoum tranſverberaſſe memoratur. Tandem cum artus frigeſcerent, & ſpiritus avolaret, haſtæ incubuit, paventibus inde, & fugientibus Trojanis, denuo cecidit, & mortuus eſt: Trojani autem ex Homero [1]:

Φοβέοντο, κ̀ ὃκ ετ' ἐοντ' Α'χιλῆα.

*Formidabant Achillem etiam non amplius ſuperſtitem.*

Cum Paris autem Trojanos incitaret ad rapiendum cadaver, nonnulli proceſſiſſe memorantur, ſed nonnulli confoſſi, ab Ajace præſertim, & Uliſſe in Urbem rejecti ſunt. De Ajace idemmet Homerus [2]:

*Ejus curam non poſthabuit Ajax Diis æquiparandus*
*Quin ſubito propugnaret. Omnes igitur longa haſta*
*Reppulit a cadavere.*

De Ulyſſe vero idemmet loquitur Poeta his verbis latine redditis [3]:

*Et prope Laertæ prudentis egregia ſoboles*
*Cum hoſtibus manum conferebat, & valde eum*
*Formidabant Troum agmina.*

Hinc in noſtra Gemma Achilles fato cedens cernitur, Ulyſſeſque vero, & Ajax Clypeis corpus protegentes; omnes corpore nudi, veluti Heroes, ſcuto, & parazonio tantummodo armati, cum Achilles galeam capite gerat.

*Venutus.*



(1) Il. Ver. 184. (2) Id. Ver. 216. (3) Id. verſ. 291.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

# DIOMEDES
## IN CORNEOLA.
## *TABULA LIV.*

ULYSSEM, & Diomedem Palladium Trojanis eripuiſſe ex Tabula Iliaca Muſei Capitolini conſtat. Suffragatur Virgilius [1]:

*Impius ex quo*
*Tydides fatale aggreſſi ſacrato avellere templo*
*Palladium, cæſis ſummæ cuſtodibus arcis,*
*Corripuere ſacram effigiem, manibuſque cruentis*
*Virgineas auſi Divæ contingere victas.*

Idemque dicit Q. Smyrneus [2]:

ὡς τε οἱ ἐννεσίῃσι κρατεροῦ τυδέος υἱὸς
Ἑπομένου Ὀδυσῆος ὑπὲρ μέγα τεῖχος ὀροῦσαι,
Ἁρπάξας ἐθέλουσαν εὔφρονα Τειτογένειαν.

*Ut denique ejus inſtinctu robuſti Tydei filius*
*Comitante Ulyſſe ſuper ardua irrumpens mœnia*
*Sapientis Minervæ ſimulacrum non invitum abſtraxerit.*

Multi tamen Diomedem ſolum memorant, quod etiam videri poteſt in quamplurimis Gemmis jam editis.

*Venutus.*

FAUS-

(1) Æneid. II. verſ. 163. (2) Lib. X. verſ. 350.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

# FAUSTULUS

## INCIS. IN CORNEOLA.

## *TABULA LV.*

LUPAM Romanæ Urbis conditoribus ubera ad alimenta præbentem miratur Fauſtulus ſuperveniens paſtoritia pelle tectus, quo veſtis genere indutum etiam Paridem oves in Ida paſcentem deſcribit Coluthus [1]:

καὶ τις ὀρεσταύλοιο δορὴ μετόπισθε χιμαίρης
ἐκκρεμὲς ἠώρετο, καὶ αὐτοῦ ἅπτετο μηρῶν.

*Et a tergo ejus pellis montana capellæ*
*Dependens ſuſpenſa erat, & ipſa contingebat femora.*

Prope viſitur ficus Ruminalis, quæ texit infantes; quo autem loco fuerit arbor, & an eadem ſit, ac illa, quæ *Navia* ab Actio Navio Augure dicta eſt, diſſentiunt Auctores. In Comitio ſane fuiſſe aperte dicit Tacitus [2] narrans Nerone tertium, ac Valerio Meſſala Coſs. *ruminalem arborem in Comitio quæ ſupra octingentos, & quadraginta annos* ( mendum eſt in numero, & legendum triginta ) *Remi, Romulique infantiam texerat, mortuis ramalibus, & areſcente trunco demirutam prodigii loco habitum eſt, donec in novos fœtus reviviſceret*. Verum hanc non Ruminalem, ſed Naviam fuiſſe contendunt Urſinus [3], Salmaſius [4], aliique. Scaliger [5] cum Pompejum Feſtum ederet,

(1) De Helenæ raptu verſu 105.
(2) Lib.13. Annal. in fin.
(3) In not. ad Marlian. Theſ. Antiq. Rom. Grevii t.3. p.102.
(4) Caſtigat. Plinian. in Solin. tom.2. c.53. edit. Traject. 1689.
(5) In Caſtigat. ad Sex. Pomp. Feſt. g.104. edit. Pariſ. 1576.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

ederet, atque Auctor ille narraſſet Actium Navium Augurem novacula cotem præcidiſſe, ut dicti ſui fidem Tarquinio Regi commonito, ne quid novi abſque augurio ageret, oſtento probaret, ac eodem Rege jubente defoſſam in Comitio cum cote novaculam, inde ex reliquiis verborum Feſti ſententiam explens affirmat ficum prope poſitam, ac Naviam dictam Ruminalem fuiſſe, quæ ex alio loco Augure procurante ſponte migraverit in Comitium. Adducitur in hanc rem vexatus Plinii [1] locus, qui ita vulgo legebatur: *Colitur ficus arbor in Foro ipſo, ac Comitio Romæ nata ſacra fulguribus ibi conditis, magiſque ob memoriam ejus, quæ nutrix Romuli, ac Remi conditoris appellata, quoniam ſub ea inventa eſt Lupa infantibus præbens rumen* (ita vocabant mammam) *miraculo ex ære juxta dicato tamquam in Comitium ſponte tranſiſſet, adacto navigio illico areſcit, rurſuſque cura Sacerdotum ſeritur*. Mendum eſſe in Plinii textu nemo dubitat: at quis hanc vomicam ſanaverit [2]: primus medicam manum appoſuit Turnebus [3], inde aliter emendavit Scaliger [4], aliter Salmaſius [5], quem ſequitur doctiſſimus Harduinus [6], ita enim legitur: *Colitur ficus arbor in Foro ipſo, ac Comitio Romæ nata ſacro fulguribus ibi conditis, magiſque ob memoriam ejus, quæ nutrix fuit Romuli, & Remi conditoris appellata, quia ſub ea inventa eſt Lupa infantibus præbens Rumen* (ita vocabant mammam) *miraculo ex ære juxta dicato, tamquam in Comitium ſponte tranſiſſet Attio Navio Augure, illic areſcit, rurſuſque cura Sacerdotum ſeritur*. At qui locus ſic emendatus, nec plane ſatisfacit, nec contentiones tollit,

(1) De verb. ſignificat. V. Navia p. 115.
(2) Lib. 15. cap. 18.
(3) Adverſarior. lib. 27. c. 17. p. 961.
(4) Ubi ſupra.
(5) Ubi ſupra.
(6) In Plinii edit. cum not. lib. 15. cap. 18.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

lit, quis enim veterum hanc Ruminalis arboris in Comitium migrationem ſcripſit; hoc enim indicant ſuperiora Plinii verba; nam ſi alicubi altera arbor vere Ruminalis fuiſſet, non ille indictam reliquiſſet; num portentum hoc ignoraſſe, aut omiſiſſe putandum Livium [1], Dyoniſium [2], Ciceronem [3], Lactantium [4], qui cotis a Navio diſſectæ meminerunt; immo Livius eodem loco ſua ætate arborem fuiſſe ſcribit, quo infantibus umbram præbuerat [5]: *Ita velut defuncti legis Imperio in proxima alluvie, ubi nunc* FICVS RVMINALIS *eſt*, (romularem vocatam ferunt) *pueros exponunt*: Idem innuit Ovidius [6]:

*Arbor erat, remanent veſtigia, quæque vocatur*
*Romula nunc ficus, Rumina ficus erat.*

Præterea æneum illud Lupæ ſignum, cujus mentionem facit Plinius apud Ruminalem arborem poſitam fuiſſe a Gn. & Q. Ogulniis Ædilibus ex pecunia multaticia aliquot fœneratorum dicit Livius [7]. Una igitur eademque arbor Ruminalis numquam loco mota, ac Navia fuit, neque prior ad Germalum, ripamque Tiberis quærenda, uti ſcripſere Salmaſius, & Harduinus; [8] cum enim in Comitio fuerit poſt Tacitum diſerte dicit P. Victor: [9] *ficus Ruminalis in Comitio, ubi & Lupercal*; ad ripam Tiberis fuiſſe etiam dicendum eſt, cum hucuſque ad radices nempe Palatini Montis ſtagnantes hibernæ fluminis aquæ pervenirent, ſic enim Ovidius de illis loquens qui Amulii juſſu pueros ad flumen exponebant: [10]

*Hic ubi nunc Fora ſunt lintres errare videres*

*Muſ. Cort-* V *Qua-*

(1) Lib.1. pag.18.25.
(2) Lib.3. Rom. Antiq. in fin.
(3) De Divinat. lib.1. p. m. 181.
(4) Divin. Inſtit. lib.2. pag.9. edit. Antuerp. 1587.
(5) Lib.1. pag.20.
(6) Faſtor. lib.2. verſ.410.
(7) Lib.10. p.18. 299.
(8) Ubi ſupra.
(9) In deſcript. vit. Reg.8.
(10) Faſtor. lib.6. verſ.401.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

*Quaque jacent valles maxime Circe tuæ*
*Hic ubi venerunt neque enim procedere poſſunt*
*Longius &c.*

Idem refert Sex. Aurelius Victor [1] : *tum illi quibus id imperatum erat impoſitos alveo pueros circa radices Montis Palatini in Tiberim, qui tum magnis imbribus ſtagnaverat abjecerunt* . Germalum autem a *Germanis* Romulo, & Remo appellatum, ut poſt Varronem, [2] Plutarchus, [3] faſtigium Palatini erat, ſubjectoque loco nomen dabat, ideoque recte dicitur ficus Ruminalis fuiſſe in Comitio apud Germalum, & Lupercal, ut monuit Nardinus, [4] qui tamen Scaligeri verba Feſti textum ſupplentis tamquam ipſius Feſti proferens alteram a Ruminali arborem, Naviam ſcilicet in Comitio inveniendam fruſtra proponit, cum potius dicendum ſit Ruminalem ficum aliquando Naviam etiam dictam ob portentum diſſectæ novacula cotis ab Augure, & apud illam defoſſæ, ac propter Navii ſtatuam capite velato poſitam [5] in Comitio in gradibus ad lævam Curiæ.

Inſidet arbori Picus Martia Avis, quam Plutarchus ſcribit [6] παρεῖναι σοῦ ἐκτρέφοντα καὶ φυλάττοντα, *nutriendis, ac ſervandis pueris preſto fuiſſe*. Eodem modo ac in Gemma viſitur Fauſtulus a Lupa nutritos infantes admirabundus conſpiciens in Numino Sex. Pompeii Foſtuli apud Vaillantium, [7] qui Sex. Pompejus exiſtimatur vulgo Conſulatum geſſiſſe cum L. Cornificio A. U. C. 117. ac ut ad paſtorem illum genus ſe trahere denotaret, ejuſdem imaginem in Nummo cudit. *Valeſius.*

RO-

(1) De orig. gent. Rom. in ep. tom. Hiſt. Rom. p.18. 232.
(2) De ling. latin. lib.4. pag.14. edit. Lugd. Batav.1601.
(3) In Romulo oper. tom.1. p.141.
(4) Lib.5. cap.3. p.225. primæ edit.
(5) Luc. lib.1. p.25.
(6) Ubi ſupra.
(7) Num.antiq.Famil.Roman. tom.2. p.262. & tom.3. tab.113. n.6.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

# ROMA
## IN CORNEOLA.
### TABULA LVI.

Quis non agnoſcit in Gemma exciſam eſſe Romam? Mulier inſidens armis, haſta, peplo, galea ornata, victoriolam globo inſiſtentem manu gerens, avibus circumdata, ad auguria felicia indicanda, demum ad pedes Lupa cum lactantibus puerulis, omnia ſunt ad Romam oſtendendam peculiaria, cunctiſque notiſſima. Smyrnei Romæ cultum forſan primi præſtitere, eoſque Tautus in Senatu loquentes inducit, [1] *ſe primos Templum Urbis Romæ ſtatuiſſe M. Porcio Conſule*. Alabaudenſes quoque, Urbis Cariæ populi, quæ Minoris Aſiæ eſt Regio, eumdem ſibi tribuebant honorem, de quo Livius: [2] *Alabaudenſes Templum Urbis Romæ ſe feciſſe commemoraverunt in Senatu, ludoſque anniverſarios ei Divæ inſtituiſſe*. At Romæ Templum in Urbe fecit Hadrianus, eique Templum Veneris adjunxit; nam ea, quæ in Nummis Tiberii, & Claudii inſculpta cernuntur, in Provinciis Imperii Romani condita fuere. Audiamus Dionem in Hadriano: αὐτὸς μὲν γὰρ τὸ τῆς ἀφροδίτης τῆς τε ῥώμης ναοῦ διάγραμμα αὐτῷ πέμψας; quod male vertit Interpres; *deſcriptionem, & formam Templi Veneris, quod Romæ fabricaverat, ad eum miſit*: vertendum enim fuerat: *Ipſe quidem Hadrianus, deſcriptionem Templi Veneris, & Romæ ad eum mittens*, Apollodorum inſignem Architectum; *quippe ſignificans*, pergit

(1) Liv. Dec. 5. lib. III. (2) Tacit. lib. 4. Annal.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

*git Dion, ſine illius opere, & miniſterio etiam ingentia ædificia extrui poſſe*. Sed de his ſatis. Tantum ſimilem, eamdemque Gemmam extare apud V. Cl. Bar. Philippum De-Stoſch noſtræ Academiæ ſocium præclarum.

*Valeſius.*

# HYÆNÆ CAPUT

## INCISUM IN TOPATIO.

### *TABULA LVII.*

HYÆNAM ferociſſimum animal, ac ipſius Pantheris metuendum [1] Africa gignit: putabatur ſingulis annis ſexum renovare, [2] ac alternare vices, & quæ modo fœmina, tergo paſſa marem eſt, nunc eſſe marem miramur Hyænam, quam fabulam explodit Ariſtoteles. [3] Eandem fidem meretur vis illa, quam huic Animali tribuere Magi, & [4] *in maxima admiratione poſuerunt, utpote cui, & ipſi magicas artes dederint, vimque qua alliciat ad ſe homines mente alienatos*; idcirco in boni ominis, [5] felicis eventus, & Victoriæ ſignum conſpicitur illius caput. Si ceræ gemma imprimatur ad dexteram deflexura; hoc ſi in venatione ſucceſſerit, tunc [6] *alienari mente, ac vel ex Equo hominem decidere; ac ſi in lævam detorſe-*

(1) P. Caſtell. exetesis de Hyæna apud Jonſton. in Hiſt. Animal. vol.2. pag.151.

(2) Ovid. Metam. lib.15. verſ.410.

(3) Ariſt. lib.6. de Hiſt. Animal. cum comment. Mauri tom.3. pag.93.

(4) Plin. lib.24. cap.8. edit. Venet. 1571. pag.319.

(5) Pierius Valerianus Hieroglyphic. lib.xi. pag.82. in fol. edit. Baſileens.

(6) Plin. ub. ſupr. *Dabuh* arabis, Africanis *Seſeph* dicta, magnitudine, & forma Lupum referens, quæ etiam ſepulta cadavera eruit: Forte eſt eadem cum veterum Hyæna, quod & Geſnero placuit. Sanguis hujus feræ pro potu venatoribus inſervit; & melle rariſſimo conditus in pompis nuptialibus propinatur. Charleton. exercit. de Animal. pag.15. edit. Oxonien.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

*torſerit, deficientis argumentum eſſe, celeremque capturam.*

Hyænæ icon viſitur in Nummis Philippi Senioris, & Gallieni quos protulit Spanhemius; [1] & Philippus quidem cum ludos Sæculares celebraret decem *Belbos*, ſeu Hyænas, ut inquit Capitolinus [2], populo exhibuit.

*Valeſius.*

# BACCHA

## INCIS. IN ACHATE.

## *TABULA LVIII.*

VESTITUS Bacchantis in noſtra Gemma inſculptæ pauliſper oculos noſtros moretur. Baccham nempe conſpicimus tunica molli, eaque talari, ſed exertis brachiis indutam, & μίτρα, ſive faſcia circa illius tempora cinctam. *Bacchantium indumentorum* meminit Tertullianus de Pallio [3] ad cujus verba Salmaſius [4] ſcripſit Bacchantium indumenta vocari ſericam, & purpuream veſtem. Equidem in monumentis antiquis ſæpe videas Bacchas ſeminudas, aut hirſutis veſtibus, pellibuſque circumdatas: qualem Procnem Bacchicis ritibus inſtructam deſcribit Ovidius [5]:

*Vite caput tegitur, lateri cervina ſiniſtro*
*vellera dependent; humero levis incubat haſta.*

Atque ita apud Nonnum [6] legimus, aliam Bacchantem habuiſſe in pectore tegumentum pantherarum, aliam



(1) Spanhemius de Præſt. & uſu numiſ. edit. Oxonien. Diſſert.4. pag.207.
(2) Capitolinus in vita Gordiani III. edit. Pariſ. 1544. pag.332.
(3) Cap.3.
(4) In notis p.328.
(5) Metamor. lib.6. verſ.592.
(6) Lib.14. Dionyſ. v.38. & ſeq.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

aliam ſupra corpus ad tegilli formam pelles hinnulorum. Interim tamen haud raro etiam purpureis, & ſericis, *vinicoloribuſque* & aliis mollioribus veſtibus inceſſerunt, & ſaltarunt. Sic enim apud Euripidem [1] Pentheus imitaturus, & exploraturus Bacchas bacchantes jubetur induere βυσσίνους πέπλους *Biſſinos peplos*, & πέπλους ποδήρεις, *peplos talares*; quarum veſtium plicæ uſque ad talos tendebantur, ut ibidem legimus [2]. Unde & Propertius [3] ubi de Baccho loquitur: & *feries*, inquit, *nudos veſte fluente pedes*. Talis veſtis fuit etiam *Baſſara* dicta. Ita nempe Heſidio βασσάραι dicuntur χιτῶνες οὓς ἐφόρουν αἱ Θρᾴκιαι βάκχαι; hoc eſt tunicæ, quibus utebantur Bacchæ, Thracicæ; cum quo conferatur Scholiaſtes ad Perſii Satyram [4] *Baſſarides* inquit *Bacchæ; quibuſdam videntur dici a genere veſtis, qua Liber pater utebatur, demiſſa ad talos, quam Thraces Baſſarin vocant*. Præterea etiam Bacchantium veſtis κροκωτὸς appellatur. Ait enim Scholiaſtes ad Ariſtophanem: *Crocota eſt Bacchica veſtis, aut muliebris ex ſerico*. Vide ergo an non & ad noſtræ Bacchæ formam habitumque conveniat?

Bacchum ipſum legimus apud Nonnium [5] in virginem mutatum: *Muliebria pepla ferens, tamquam copulam virginitatis purpuream illis aptavit circularem faſciam*. Μίτρα enim non capitis ſolum, ſed & iliorum fuit cingulum; ita enim apud eumdem Nonium [6] Botris filius Bacchi dicitur *paternam, & ſuperbam mitram circa lumbos conjicere*.

*Valeſius*.

BAC-

(1) In Bacchis ver.819. 831.
(2) Verſ.934.
(3) Lib.3. eleg.17.
(4) In Οιομιο ver.145.
(5) Lib.14. ver.164.
(6) Lib.xx. ver.106.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

# BACCHA

## INCIS. IN ACHATE.

## *TABULA LIX.*

CELEBERRIMA fuere Athenis Eleuſinia ſacra in honorem Cereris, [1] dieque ſexta Myſteriorum, ac vigeſima Boedromionis menſis, qui Auguſto reſpondet, deducebant noctu a Ceramico Eleuſim Bacchi ſtatuam manu tædam gerentis; putabatur enim cum Cerere Proſerpinam raptam quæſiviſſe: comitabantur pompam, ſequente multitudine, matronæ, quarum una referre videtur imago Gemmæ inciſa Baccharum more ſuccincta; & hæc ſacra quidem cum plauſu, cantu, choreis, & æris ſono peragebantur, unde Piſiſtratus, [2] Megarenſes deleturus, quos noverat conſcenſis navibus Athenas venire, ut Eleuſim pergentes Matronas noctu opprimerent, juventutem in inſidiis locavit *juſſis matronis ſolito clamore, ac ſtrepitu, etiam in acceſſu hoſtium, ne intellectos ſe ſentiant, ſacra celebrare*; ac de æris ſono diſerte Vellejus [3] loquens de Calcedonenſium claſſe, *cujus ajunt curſum eſſe directum, alii columbæ volatu, alii nocturni æris ſono, qualis Cerealibus ſacris cieri ſolet*; ideoque imago cernitur dextera tenens diſcum, ſeu vas æreum, alterumque ſimile conto affixum eſt, quem ſiniſtra fert, non enim thyrſum dixerim, cum hedera non ſit exornatum, hæc autem æra Bacchæ illæ inſimul percutiebant. [4]

*Con-*

(1) Jo: Meurſii Eleuſinia cap.26. pag.77.
(2) Juſtin. Hiſt. lib.2. pag.12. edit. Plantin.
(3) Vellejus lib.1. pag.117. edit. Plant. in epitom. Hiſtor. Roman.
(4) Ovid. de arte amandi lib.2.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

*Condita ſi non ſunt Veneris Myſteria ciſtis*
*Nec ſacra veſanis ictibus æra ſonant.*

Primus autem hierophanta poſtquam Proſerpinę nomen invocaſſet, pulſabat, ut docet Theocriti ſcoliaſtes [1] explicans illud τὸ χαλκίον ὡς τάχος ἄχει: φασὶν Ἀπολλόδρος Ἀθήνισιν τὸν Ἱεροφάντην τῆς κόρης ἐπικαλουμένης ἐπικρούειν τὸ καλούμενον Ἠχεῖον: *dicit Apollodorus Athenis ſacrorum Antiſtitem invocata Proſerpina pulſare* ἠχεῖον *appellatum*. Simili vaſe æneo, parumque concavo ad lebetis formam, ſed graviore, ac magis amplo, quod nempe parieti appendebatur, veteres utebantur in Balneis ad indicandum ludentibus ſonitu lavandi horam inſtare. [2]

*Redde pilam ſonat æs Thermarum; ludere ceſſes?*

Illiuſque formam affert Nicaſius Fabrius. [3] Mitra inſuper textili, quam mitellam grajam dixit Ovidius: [4] Baccha noſtra caput opertum habet, eodemque fere capitis tegumento effiсta eſt Ceres in celebri vaſculo onychino Brunſuicenſis Principis [5], & Bacchæ ſane mitratæ erant, ille enim, qui apud Euripidem [6] Pentheum in muliebrem Mænadum morem exornaturus erat, ut ignotus cætui illarum adeſſet, ita affatur:

κόμην μὲν σῷ κρατὶ ταναὸν ἐκτενῶ
πεν. τὸ δεύτερον δὲ σχῆμα τοῦ κόσμου τίποι;
αγγ. πέπλοι ποδήρεις. ἐπὶ κάρα δ᾽ ἔσαι μίτρα

*Prolixam capiti tuo inducam comam*
*Pent. Altera ornatus ſpecies quænam erit mihi?*
*Nun. Pepli talares, in capite autem erit mitra.*

Cum autem dimiſſos, ut alibi inquit Poeta [7] in humeros haberent capillos, quos frequenter inſtabant fœminæ in Orgiis, noſtra hæc vero abſque capillis ap-

pa-

(1) Idill. 2. vid. Corſin. in Faſt. Atticis.
(2) Martial. lib. 14. num. 163.
(3) Miſcell. Chifflet. Tom. 6. par. 2. pag. 29.
(4) Eleg. de Cop. verſ. 1.
(5) Theſaur. Antiq. Græc. Tom. 7. pag. 62.
(6) In Bacchis verſ. 328.
(7) Ibid. verſ. 694.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

pareat, conjicere licet referri mulier recens nupta, nam Virgines Aoniæ nupturæ, Junoni Jugali, Dianæ, ac Parcis quaſi præinitiabantur, & comam præſectam dicabant, atque Athenienſes puellæ precipue Dianæ [1]

*Hic more parentum*
*Jaſides thalamis ubi caſta adoleverat ætas*
*Virgineas libare comas, primoſque ſolebant*
*Excuſare thoros.*

Nec tantum comæ partem, ſed integram deponebant, cum Heſichius [2] referens nuptiarum ritus, enumeret etiam τριχῶν ἀφαιρέσεις *comarum ablationes*.

*Valeſius*.

# SALTATORES MIMICI

## IN CORNEOLA.

## *TABULA LX.*

INSCULPTA videtur in hac præclariſſima Gemma Cymba natans in flumine, cujus ad ripam flores, aveſque elegantiſſimi obſervantur, in Cymba adeſt remigans ad proram gubernaculum ducens, ad puppim adeſt braccatus vir ſedens, manibuſque pares inflans tibias, ambo pileati ſunt; in medio pulpitus aſſurgit, in quo duo ſaltatores nudi cernuntur, tantummodo acuminato pileo, vel mitra barbarica caput coopertum gerentes, qui ſaltus promentes ad regularem cymbæ motum, fiſtularumque ſonum, pares regulas æreas, vel ligneas manibus tenentes, pulſanteſque.



(1) Statius Thebaid. lib.2. verſ.253. (2) Heſichius γάμων 19. edit. Hack. pag.209.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

In collectione veterum lucernarum a Bellorio[1] peracta, iidemet Saltatores obſervantur adunco naſo, capilliſque per aëra volitantibus, & ipſi pileati par regularum pulſant, vel quatiunt, aliquem reddentes ſonum. Saltatores adſimiles obſervavit idemet Bellorius[2] in veteri teſſellato pavimento reperto in vinea Cl. Corſinorum Familiæ prope Portam Aureliam. De his Saltatoribus Pollux loqui videtur,[3] cum de ſpectaculis ſaltationum agatur, ubi inquit: *Erat enim fiſſilium trahere ligna Choricæ ſaltationis ſpecies*. Noſtra ſaltatio ex Pamtominis eſt; at cum variæ, & celebres ſaltationes fuerint, nulla illuſtrior, aut gratior fuit ſaltatione Pantomimica; quam licet Suidas ſub Auguſto natam velit, multo tamen ante fuiſſe conſtat, cum Leſbonax auctor vetuſtiſſimus ὀρχησὰς χειροσόφυς appellavit eos, qui manuum agitatione, aliquem promunt ſonum, reſque geſtas imitantur: quia per ſonos, motus, ac geſtus imitantur, & motus, & affectus, & actiones.[4] Lucianus ait Deli puerorum choros, ac choreas feciſſe in quibus optimi quique judicum arbitratu, ſaltatione res imitabantur,[5] quæ difficilius redditur ad ſonum, cymbæque motum. Emicuit ea ars Romæ ſub Auguſto, ut diximus Bathyllo, & Pylade ducibus, quos Paris, Hylaſque ſequuti ſunt; atque ut plurimum paria Saltatorum prodiere.[6]

Agebantur, hi ludi in Theatro, in Convivio, in funeribus. Cur in anulis, lucerniſque ſepulchralibus hoc genus ſaltationum reperiatur? Dionyſius Alicarnaſſenſis ita explicat:[7] *Quia etiam in illuſtrium virorum funeribus præter alias pompas vidi & Satyricas*

(1) Delle Lucerne tab.44.
(2) Ibid. tab.45. Ficor. delle Maſchere.
(3) Onomaſt. lib.4.
(4) Plutarch. c. ult, lib.9. ſympoſ.
(5) Dialog. de Saltator.
(6) Senec. lib.3. controver.
(7) In libr. de Funeribus.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

*cas choreas qui lectulum præcedebant & ſirinnam ſaltationem ſaltabant.*

*Venutus.*

# SACRIFICIUM
## IN CAMEO.
## *TABULA LXI.*

ELEGANTISIMA hæc Gemina, non ſolum artificio, ſed ex ipſa re ſummæ eſt raritatis. Obſervantur duo viri nudi, unus barba ornatus, leonina pelle ſuper humeros induta, manibus tenens facem, & lituum; ex vultus lineamentis M.Aurelium Aug. agnoſcimus. Alter prorſus nudus, juvenili apparet ætate ſerpentem per flammas ſuper aram impoſitum trajicit, & ipſe Commodus Cæſar videtur; ante aram columella inſidet ſuper quam eſt galea. Hi duo viri Marti ſacrificare videntur, forſan ante quam ad aliquod bellum procederent. Fuit M. Aurelius a teneris unguiculis, ſi quis alius, genuinæ ſuperſtitionis cultor obſervantiſſimus, quippe *qui* ( ut ait Capitolinus )[1] *octavo ſuæ ætatis anno ab Hadriano in Saliorum collegium relatus eſt, & in Saliatu functus eſt ſacerdotio, & præſul, & vates fuit, & magiſter, & nonnullos inauguravit, & exauguravit, nemine præeunte, quod ipſe carmina omnia didiciſſet*. Qua ſui in Deos cultus fiducia, cum Fauſtina per litteras, eum ad vindicandam Caſſii, & Caſſianorum conſpirationem excitaſſet, inter alia hæc reſcripſit: *Eſto igitur ſevera,*

(1) Capitol. in vit.cap.7.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

*ra, Dii me tuentur, Diis pietas noſtra cordi eſt*. Quod refert Vulcatius in vita Caſſii.[1] Quin & Antoninus Pius M. Aurelium adhuc adoleſcentem inter ceteros attributos honores; *In Collegium Sacerdotum, jubente Senatu, recepit*.[2]

*Venutus*.

# SACRIFICIUM SALUTI

## IN JASPIDE CANDIDO.

## *TABULA* LXII.

HYGEAM inter Æſculapii liberos recenſet Scholiaſtes Ariſtophanis ad Plutum[3]. Æſculapio multi fuere liberi: Podalirius, Machaon, Jaſo, Panacea, Hygea: Plures quoque enumerat Suidas, ſub voce Ἠπόνη. At ſicuti, docente Scholiaſte Ariſtophanis loco citato, ceteri liberi Æſculapii, ita & Hygea, a Patris munere, ſua invenerunt nomina; dicta enim eſt παρὰ τὸ ὑγείαν παρέχειν; Latinis audiit SALVS. Ad hanc putatur ſacrificatum iri puella in Gemma inſcalpta, quæ ſuccinta tunica, genibuſque flexis, anguem per caudam arreptum, ſpiriſque contortum in quoddam manubriatum vas, forſan myſticam ciſtam, injicere videtur. Æſculapius, & Hygea, aliorum Deorum more, myſtica utebantur Ciſta, ut ex Panellio conſtat.[4] Anguis iſtis Numinibus peculiaris erat: Sic ubi Livius narrat,[5] quemadmodum Æſculapius delatus ſit Romam, refert, anguem ex Templi Epidaurorum aditis prolapſum, tan-

(1) In vita Caſſii cap. XI.
(2) Capitol. in vit. cap. 6.
(3) Verſ. 639.
(4) Vid. Panell. de Ciſtophor. & Lamius in Diſſert. de Ciſtis Myſt. inter Acad. Corton. t. 2.
(5) XI. 13.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

tandem Romanorum Navem aſcendiſſe, ſacerdoteſque clamitaſſe: Numen eſſe, & ſalutari ſemper oſtento, non numquam hac anguis forma conſpici. Hinc & circa baculum Æſculapii ſerpens volutus fingebatur, & in manibus Hygiæ, ſemperque fere cum his Divis comitari perhibebatur; unde & Æſculapium cognomen Συγάςςυ, & Ὀφιέχυ, ideſt *Serpentarii* retuliſſe conſtat. Forſan vas, in quo ſerpens injicitur, aqua erat oppletum luſtrali, vel ſacra. Commemorat Pauſanias in Chorinth. [1] *Lavacrum Æſculapii*, cujus aquæ ſine dubio ſalutares habitæ fuerunt. Erat & Pergami, in Templo medio Æſculapii, fons ſacer, cujus divinas ſcilicet vires peculiari oratione extulit Ariſtides. [2] At vero ibi, aquam illius fontis è ſalutari loco profluere, quippe quæ a Templo, & Servatoris Æſculapii pedibus dimanarit. Quid vero? *Multi*, inquit Ariſtides, *cum ex hoc fonte lavaſſent, viſum recuperarunt, multi ex aqua cum bibiſſent, pectoris ſanitatem recuperarunt. Multorum etiam pedes, & membra ſunt correcta. Quid? quod ex muto loquens factus eſt.*

Quo vero ad Hygeam, vel Salutem duo ſuperſunt veteres Hymni huic Deæ dicati, quorum alterius auctor fuit Ariphron Sicyonius, qui extat apud Athenæum; [3] alter inter hymnos, ut dicuntur, *Orphicos* legitur; [4] cujus tantum partem latine verſam hoc loco repetere liceat ex interpretatione Meibomii.

*Suavis amata virens, lætum, ſuper omnia regnans,*
*Diva* SALVS, *opibus pollens, audi, inclyta Mater.*
*Tu morbos miſeris prohibes mortalibus: omnes*



(1) Pag. 174.
(2) T. I. pag. 440.
(3) Deipnoſ. lib. xv. p. 772.
(4) Pag. 175. edit. Eſchenb.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

*Per te ædes florent, in te lætantur; amœnæ*
*Per te artes augent. Te Reginam expetit Orbis,*
*Te violens odit Pluto, cui funera curæ.*
*Exoptata, vigens hominum prædulce levamen.*
*Te ſine in humana prorſus nihil utile vita.*
*Valeſius.*

# SACERDOS CERERIS

## IN ACHATE.

## *TABULA LXIII.*

E MUSEO Coratio prodit anulus aureus, Etruſco opificio, inſertaque in eo gemma, Achati ſaphirino inſcalpta, valde inſignis, & ſingularis. Tum anuli, tum gemmæ, quæ parvum olivæ folium refert, ſchema exhibeo. Aurum pendit ſcrupulos quindecim: paſtor quidam apud Faſcianum in agro Cortonenſi invenit. Figura, quam præfert gemma, ab eximio Etruſco ſcalptore inciſa, vel Cererem, vel ejus Sacerdotem refert, dextra Facem, vel ſi mavis, aſpergillum tenet, ſiniſtra hamulum. Quod vero Cereris Sacerdos, & forte maxima, quæ Eleuſiniis myſteriis apud Tuſcos in uſu, initiabat,[1] facile eſſe poſſit: e pictura perelegantis vaſis Etruſci, quod in Dempſteriano opere exhibetur Tab. XLVII. colligi poteſt, quæ eodem cultu veſtium, iiſdemque cum ſagrificalibus inſtrumentis picta eſt: Luſtralem aquam faceſque in his ſacris

(1) Bonarr. ad Monum. Dempſt. §.XXXI.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

ſacris adhibitas alibi adnotavi:[1] Anulos gemmis inſignes tum viros, tum fœminas Etruſcas geſtaſſe declarant adlatæ a me in Muſeo Etruſco imagines, quæ ſepulcris ſuperpoſitæ ſunt, & ſtatua ahenea Fecialis Etruſci, quæ extat in Muſeo Mediceo.

*Gorius.*

# SACERDOS RUSTICUS
## IN CALCED.
## *TABULA LXIV.*

APud æquos antiquarum rerum exiſtimatores plurimi eſſe faciendum cenſeo hæc Gemma villicum repræſentans, talari veſte, vel pallio caput cooperientem, atque aperte oſtendens, quæ ruſticorum Romanorum veſtis fuerit. Ipſe ante aram encarpis ornatam, manum admovens ad ſignum Hermiforme forſan Priapi.

Hæc veſtis appellari poteſt *penula cucullata*,[2] quæ Mercurio Teleſphoro, Hyemi apud antiquos tribuitur, atque confundi poſſe credam, quæ non ſemper villoſa erat, ſicut tegillum, unde apud Homerum χλαίνας ὔλας: ſed ſi bene inſpiciamus Tegillum, longe a penula diſtat[3]; Reticulatas caligas noſter hic habet Paſtor, ex quibus omnia paſtoribus conveniunt; præcipue iſtius formæ faſciæ crurales, de quibus uberrime Cl. Bonarrota in ſuis vitrorum antiquorum explicationibus verba habet.

Pria-

(1) Vid. Muſ. Etruſ. Tab. LXXIX. & LXXX.

(2) *Cucullionem Viatorium* habemus ex Julio Capitolin. in vit. L. Veri.

(3) Vid. Bonarr. ad vitr. Carpin. tab. 16. pag. 105. Ferrar. de re veſtiar.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Priapus hortorum, vinearumque Deus ex Baccho ortum duxit; ut ſcilicet demonſtretur, ſemen tam in animalibus, quam in plantis a ſole vim ad producendum mutuari. Herodotus narrat [1] Ægyptios cubitales ſtatuas hujus Dei effinxiſſe verendis extenſis, ac longitudine pene corpus totum æquantibus; haſque a mulieribus circumferri ſolitas per compita ſuper currus, ad hunc uſum fabrefactos, præcedentibus tibiis, ad quarum modulos Priapi laudes canebantur. Hunc morem ſumpſerunt ab Ægyptiis etiam Etruſci ex ingentibus Phallis, qui continuo reperiuntur in agro Cluſino, ac Cortonenſi, quorum unus in plauſtro ductus obſervatur in noſtra Academia caracteribus Etruſcis inſignitus: De mulieribus Romanis legitur apud Auctores quamplurimos, qua ſolemni pompa membri virilis imaginem geſtarent.

*Venutus.*

# ARUSPEX ETRUSCUS

## IN CORNEOLA.

## *TABULA LXV.*

HARUSPICINÆ diſciplinam Etruſcis docuiſſe Tagetem memoratur: Idemque adfirmo de Peruſinis, & Cortonenſibus; nam hujuſce Dei ſimulacra ex ære, quæ habemus, non longe ab eorum Urbibus inventa fuiſſe compertum eſt. Noſter Aruſpex aviculam dextera tenet, ad connotandam auguralem diſciplinam. [2] Aruſpices ſtantes auguria capiebant,

(1) Lib. 2. hiſt. (2) Diſſ. Acad. Etruſ. t. 1.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

bant, Augures vero ſedebant, unde Servius,[1] ſedere, eſt *augurium capere*, nam poſt deſignatas cæli partes, a ſedentibus captabantur auguria: quod & Virgilius latenter oſtendit, inducens Picum ſolum ſedentem, parva ſuccinctum trabea, quod eſt Augurum peculiare. Haruſpices præter avium paſtum, & cantum animalium exta inſpiciebant, & ad lumen examinabant, ut facilius inſpicerent, quæ mala, vel bona portenderent: putabant enim exta ſignari notis quibuſdam a Diis, aut varie commoveri, ut docet Tibullus;[2] avis vero cibum capere vel alacri animo, vel demiſſo capite. Qui animalium viſcera curabant extiſpices dicebantur: Memorantur a Tertulliano[3] extorum inſpicia.

*Sortes, Auguria, ſtellarum nomina falſa,*
*Naſcentum geneſes conſtringere, poſtque videre*
*Extorum inſpiciis, reſque expectare futuras.*

Saliſberienſis de Haruſpicibus agens ait[4]: *Haruſpicium quoque ars in extorum inſpectione viget, quam artem Tages quidam dicitur inveniſſe.* Ex diſciplina Haruſpicum, & ex præcepto Pontificum, ut docet Macrobius[5] ſolemne fuit ſacrificantibus aves obſervare, & exta inſpicere: Adpoſite Plautus in Pſeudolo:[6]

*Nam ſi ſacrificem ſummo Jovi*
*Atque in manibus exta teneam, ut porriciam*

Nil frequentius ex ritualibus Etruſcorum libris, quam avium volatum, paſtum, caveam pullariam obſervare, & exta, vel fibras conſulere, inſpicere, inſpectare, oſtendere. De omni Haruſpicinæ genere diligenter egit Tarquinius, de cujus libris Ammianus.[7]

*Venutus.*



(1) In lib.IX. Æneid. verſ.4.
(2) Lib.2. el.5. verſ.14.
(3) Lib.2. in Marcion.
(4) Lib. Polycratic.
(5) Virg. Æneid. lib.5. ver.238.
(6) Act.1. ſc.3. v.31.
(7) Lib.XV.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

# SERAPIS
## INCIS. IN CORNEOLA.
## *TABULA LXVI.*

SErapidis cultus primum apud Ægyptios viguit, deinde longe lateque diffuſus, & præcipue cultus in Ponto ; [1] etiam Romæ Regione tertia, [2] & nona templa extructa ſunt huic numini, de quo hæc optime habet Rufinus : [3] *Alii Jovem putant, cujus capiti modius ſuperpoſitus, vel quia cum menſura, modoque cuncta indiget moderari, vel vitam mortalibus frugum largitate præberi ; alii virtutem Nili fluminis, cujus Ægyptus opibus, & fæcunditate paſcatur, quidam in honorem noſtri Joſeph formatum perhibent ſimulacrum ob dimenſionem frumenti, qua famis tempore ſubvenit Ægyptiis ; alii repertum in hiſtoriis Græcorum ferunt Apim quendam patrem familias, ſeu Regem in Ægypto Memphi poſitum cum famis tempore frumenta apud Alexandriam defeciſſent ex proprio affatim civibus alimenta præbuiſſe*. Verum cum in Gemma inſpiciatur Serapis pectore armato occaſionem præbet conjiciendi hanc imaginem Principis alicujus vultum referre, & ſane impius ille Julianus Chriſtianæ Religionis deſertor ſeſe ſub effigie Serapidis repræſentari voluit, ut ex Nummo, quem exhibet Baronius ; [4] ac idem ſane eſt Juliani vultus, [5] ac Serapidis Gemma inſculpti, niſi quod Arti-

(1) Med. pag.275.
(3) P. Victor de Reg. Urbis.
(3) Hiſt. Eccleſ. lib.2. pag.244. edit. Pariſ. 1580.
(4) Tom.2. ad an.362. num.28.

(5) Vid. Muſ. Capitol. tom.2. in not. Cl. V. Jo. Bottari ad protomen Juliani dono data a Cl. V. Marchione Jo. Pet. Lucatellio noſtræ Academiæ ad annum 1748. Principe, ſeu Lucumone.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Artifex ad exprimendam numinis majeſtatem reddidit inconcinna illa Imperatoris, ac uti dixerat S. Gregorius Nazianzenus: [1] προσώπȣ σχισματισμοὶ καταγέλαςοι: *vultus lineamenta ridicula*, excogitaverat autem hæc Princeps vaferrimus, [2] *ad eum finem, ut non modo ſimulatione honoris Imperatori decreti ſubjectos latenter venerari cogeret res una depictas, verum etiam veteribus inſtitutis ad ſuam libidinem abutens omni ſolertia, & mentis acumine adhibito voluntates ſubditorum clam in fraudem induceret.*

Quoad Serapidem in vetuſtis lapidibus, *Sanctum, Invictum, Auguſtum, Deum Magnum, & Servatorem* appellarunt veteres, [3] atque ejus imaginem, velut efficax Amuletum avertendis malis geſtabant in anulis. [4] De Calatho, ſive Modio a vero procul quis credat opinionem C. V. Bonarrotii, [5] ſcilicet veſtigium eſſe columnarum, & ſimulacrorum a veteribus rudioribus in Regum, ſeu Heroum obſequium erectorum. De hujus Numinis Templo videndus Ammianus, [6] dum Juliani cultum in Ægyptiorum Deos refert, præcipue Serapidis, & Mercurii; & hic poſtremus non tantum quia Magiæ præſes, de quo Prudentius:

*Necnon Theſſalicæ doctiſſimus ille Magiæ,*

ſed etiam quia Eloquentiæ, quam Julianus maxime affectabat, ut apparet ex epiſtola ejus ad Libanium Sophiſtam, virum id ævi eloquentia celebrem, cum ait: *At tibi nos, tamquam Mercurio Eloquentiæ Deo, ſcripta noſtra offerimus, ut ſi aures tuas ſuſtinere poſſint, tu pro arbitrio tuo ſtatuas.*

*Valeſius.*

MER-

(1) Orat. 4. in Julianum.
(2) Sozomenus hiſt. lib. 5. cap. 16.
(3) Vid. Gruter. & Golta Theſ. Inſcrip.
(4) Gorlæus in Dactiliot.
(5) Medagl. pag. 275.
(6) Lib. 22. cap. 26.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

# MERCURIUS
## INCIS. IN CORNEOLA.
## *TABULA LXVII.*

DIGNA obſervatu in hac Gemma galea Mercurii eſt. Illam certe eidem Deo tribuit Zenobius: [1] Καὶ καταςήτας Perſeus ab interfecta reverſus Meduſa ἐπὶ Σερίφȣ βασιλέα Δίκτον, τὴν κεφαλὴν τῆς γοργονος Ἀθηνᾷ δίδωσι, τὴν δὲ κυτῆν Ἑρμῆ, ὡταύτως δὲ καὶ τὰ πέλδα, καὶ τὴν κίβισιν: *Conſtituto autem Seriphi Rege Dulii, Gorgonis caput Palladi donavit, galeam vero Mercurio, ut & talaria, & peram.* Apud Eleos, teſte Pauſania, [2] fuit Mercurius *arietem ſub brachii ala gerens, & galea caput armatus.* Verba horum auctorum clara ſunt, & eruditi interpretes per *galeas* ea reddunt, niſi potius vox Græca *Petaſum* deſignet. Sed licet ſtatuamus veram, & genuinam galeam Mercurio tribuere Plutarchum, & Zenobium, tamen male me habet, quod facies nihil commune habeat cum Deo, qui ut Juvenis, vel puer depingi ſolebat. Sed & Mercurium ſenem, & barbatum effictum fuiſſe, ex marmore antiquo habemus. Quin & Euſtathius memoriæ mandavit a Pelaſgis ſenes Mercurios fuiſſe effictos; [3] atque ab ipſo docemur Mercurium Pacis, & Veneris amantem Deum eſſe, & Pelaſgos ipſum finxiſſe tenſis genitalibus, & maxime ſenes Mercurios, quia illi aptiores gignendo, quam juvenes. Dubito tamen valde num Euſtathius, & Cornutus [4] deſcribant Mercurium Senem, & ſimul

(1) Cent. I. prov. XII.
(2) Lib. 6.
(3) ad Iliad. pag. 1249. edit. Roman.
(4) Cap. XVI. de Diis.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

& ſimul toto corpore hominem referentem; an vero *Hermas*, ſive quadratas formas, quibus capita vel hominum ſenilia, & barbata imponerentur.

*Valeſius.*

# S O L O N

## UNUS EX GRÆCIÆ SAPIENTIBUS

### IN CORNEOLA.

### *TABULA LXVIII.*

IMAGO Solonis unius ex Septem Græciæ ſapientibus, orti Salaminæ in gemma anulari *Corneola* vulgo dicta extat, quæ eleganter eſt cælata, exprimens ætatem ejus virilem; cum illa a Fulvio Urſino[1] allata ſenilem ætatem oſtendat, forſan LXXX annorum, qua ipſe vixit. Solon Execeſtidæ filius fuit Athenienſis Philoſophus, legumlator, & populi princeps. Floruit Olympiade 47., alii tradunt 56. Inſidiis vero petitus a Piſiſtrato Tyranno, ſeceſſit in Ciliciam, & Civitatem condidit, quam a ſuo nomine Solos dixit. Alii etiam Solos in Cypro ab eo nomen habere dicunt, & deceſſiſſe in eademet Cypro. Scripſit leges Athenienſibus, quas *axonas* nominarunt, quod ſcriptæ eſſent in ligneis tabulis. Ex his legibus æternam ſui memoriam reliquit, nomenque ſummi legiſlatoris conſecutus eſt. Scripſit quoque elegiacum poema, quod *Salamis* inſcribitur, & præcepta morum elegiaca, & alia. Eſt & hic unus ex iis, qui ſeptem ſapientes dicuntur, floruitque



(1) Fig.135. pag.76.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

ruitque cum Romæ Servius Tullius Rex rerum potiretur, & fertur ejus ſcite dictum hoc: NE QVID NIMIS, aut NOSCE TE.[1]

*Venutus*.

# ALEXANDER MAGNUS
## IN CORNEOLA.
## *TABULA LXIX.*

FREQUENTISSIME in vetuſtis ſignis, & Hermis marmoreis, æreiſque vulgo *Buſti* Alexandri Magni protomen cernitur; In imaginibus tum depictis, tum iis, quæ in Sarcophagis ſculptæ ſunt: In Cameis quoque & gemmis, in quibus protomes virorum illuſtrium conſpiciuntur, & in vitreis monumentis, quæ ſuperſunt. Illas enim ex quovis metallo, nitide, ac ſtudioſe elaborato, etiam in numiſmatibus maximi moduli, vulgo *Cotroni* dictis, conficiebant; ſive lapillis pretioſis rutilantibus immiſſis, & non numquam Cameis, ſive Gemmis opere anaglypho à claris cælatoribus excalptis ornabant, parabantque. Rariſſimam Bullam ex vitro ſubviridi obſervavi in Muſeo Cl. Eq. Franciſci Victorii Romæ Acad. Soc. figuram Alexandri Macedonis galeatam præbentem, pectore tenus, cum baltheo; quandoque etiam ſolis capillis concinne elaboratis obſervavimus, ut præter hanc gemmam in Muſeo Capitolino videre eſt. Noſtra gemma fortaſſe generoſo alicui militi inſerviebat: ſumebant enim antiquiores ab illis imaginibus, quas geſtabant, virtutis omen,

(1) Suid. Lexic. pag. 868. edit. Baſil. 1581.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

omen, ac certiſſimam felicitatem in rebus gerendis ſibi augurabantur, & promittebant.

*Venutus.*

# ARATUS POETA
## IN CORNEOLA.
## *TABULA LXX.*

CAPUT elegantiſſimum Arati Poetæ Solenſis exhibet noſtrum Muſeum; nummus æreus magnitudinis mediocris ΓΟΜΠΗΙΟΓΟΛΙΤΩΝ extat inter Imagines virorum illuſtrium Fulvii Urſini, [1] quem Pompejopolitæ, olim *Solenſes* dicti, in memoriam Arati civis ſui cudi fecerunt. Inverſus ille nummus Caput Philemonis Poetæ Comici habet, qui & ipſe Solenſis. Fuit Aratus Poeta Theocrito Syracuſano, qui Bucolica ſcripſit, σύγχρονος, & æqualis; vixit temporibus Hieronis Regis Siciliæ: vultu Cœlum aſpicere videtur; nam quamvis Aſtrologiæ non valde gnarus fuerit, magna nihilominus laude Phænomenon libros conſcripſit; unde de eo Ovidius cecinit

*Cum Sole & Luna ſemper Aratus erit*

quod & Cicero 1. de Orat. his ipſis verbis teſtatur: *Conſtat inter doctos, hominem ignarum Aſtrologiæ, ornatiſſimis, atque optimis verſibus Aratum de Cælo ſtelliſque ſcripſiſſe*: propterea in hac gemma caput ejus tamquam in cœlum intuentis expreſſum eſt. [2] Suidas ſcribit, Aratum propè Pompejopolim Ciliciæ ſepul-

(1) Fulv. Urſin. cum not. Fabr. num.26. pag.15. & apud Bellor. n.44. (2) Pag.125. edit. Baſil. 1571.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

pultum eſſe anno ab U. C. 477. hinc Pomponius Mela: *Juxta Solos in parvo tumulo Arati monumentum; ideo referendum, quia ignotum, quam ob cauſam jacta ad id ſaxa diſſiliunt.*

*Venutus.*

# PTOLEMÆUS SOTER

## REX ÆGYPTI

### INCIS. IN HYACINTHO.

### *TABULA LXXI.*

IMAGO Ptolemæi cognomento Soteris in nummo argenteo tetradrachmo extat apud Fulvium Urſinum, [1] ac Vaillantum [2] cum hac Inſcriptione ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΡΤΟΛΕΜΑΙΟΥ. ΣΟΤΗΡΟΣ: Vultus in nummo excalptus ſimillimus eſt illi in noſtra præclariſſima gemma inciſo. Hic Ptolemæus legitur filius fuiſſe Ptolemæi Lagi, unus ex Alexandri Magni ducibus, a quo omnes deinceps Ptolemæi nominati fuerunt. Ejus uxor Berenice fuit, de qua Callimachus elegiam illam tantopere celebratam, & latine a Catullo converſam, [3] compoſuit. Ex his natus eſt Ptolemæus Philadelphus ad quem ſcribit Theocritus Idill. XVII. utrique horum, ut apparet, gratus. Ptolemæus Soter jam fere 44. annos natus Ægypti Satrapiam adminiſtrare cæpit, & Regis nomen poſt annum 17. illius dominationis tantum accepit, poſtquam Antigonus cum Deme-

(1) Fulv. Urſ. Imag. vir. Illuſtr. n. 122. p. 71.
(2) Vaill. Reg. Ægypt. pag. 1.
(3) Vid. ejus Italic. verſ. Jo. Baptiſ. Pariſotti edit. Patavii ann. 1731,

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Demetrio filio illud uſurpaſſet, itaque annum fere 60. cum primum Regis nomen in nummis inſcripſit, attigerat, quod optime convenit cum ejus protomen in noſtra Gemma exciſa.

*Venutus.*

# NUMA POMPILIUS
## IN ACHATE.
## *TABULA LXXII.*

PRÆCLARISSIMA, atque antiquiſſima Gemma Numam Pompilium ſecundum Romanorum Regem exhibens, cujus nomen non vulgari artificio exciſum videtur in Regio diademate, dono tranſmiſſa eſt Etruſcæ Academiæ a Præſtantiſſimo Viro Julio Franchino Taviani, Romæ Cæſ. Majeſt. Franciſci II. pro rebus ad Etruriam pertinentibus apud S. Sedem Ablegato, ac Etruſcæ Cortonenſis Academiæ Lucumone, ſive Principe; una cum argenteo numiſmate ad Romanam pertinente Familiam cum eadem effigie, ac litteris, videlicet in Calphurnia, & Marcia.

Numa Pompilius Pomponii filius eundem cum Urbe natalem habuit; [1] eique honoris cauſa T. Tatius Sabinorum Rex unicam filiam nuptum dederat, eamque Curam Sabinorum oppidum, ubi morabatur, adduxit. At poſt uxoris mortem, cum totus ſtudiis, & religionibus deditus eſſet, primo Romanorum Regnum oblatum recuſavit, tandem accedentibus lætis auſpiciis, re divina facta Romam profectus eſt, & omnibus ſuffragiis Rex renun-



(1) Plutar. in Numa p.1. n.61.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

renunciatus anno U. C. 38. Per. Jul. 3999. ante Chr. 716. obiit vero U. C. 81. Per. Jul. 4042. An, Chr. 673. Dum regnavit, præcipue ſacrorum curam ſuſcepit, Pontificum, qui ſacris præeſſent, collegio inſtituto, generum Numam Marcium[1] eorum Principem fecit *Pontificis Maximi* nomine ornatum. Creavit etiam Flamines, Dialem Jovis Sacerdotem, Martialem, & Quirinalem; Virgines Veſtæ ſex, vel juxta alios quatuor, Marti Gradivo Salios duodecim. Augures primum conſtituit, Haruſpices ex Etruria vocavit, cum expertiſſimus Etruſcæ ſacræ doctrinæ extitiſſet. Inſtituit & Feciales, qui fœderum curam gererent, & ſi qua gens Romanos laceſſiſſet, bellum ei rite juſſu populi indiceretur; licet tamen jure Feciali formam propriam Ancus demum Martius dederit.[2] Demum *Fidei*, & *Termino*, quæ numina finxerat, Templa ſtatuit;[3] ut ſuos fidem colere, & terminos agrorum immotos ſervare doceret: & hos quidem ſacros eſſe juſſit, ita ut ſi quis eos loco moviſſet a quolibet impune occidi poſſet.[4]

Fontem Ægeriæ Nimphæ ſacravit, cum qua ſermones nocturnos, ut rudi, ac bellicoſo populo religionem injiceret, ſimulavit Numa. De eo Fonte Ovidius deſcriptionem profert, quæ adamuſſim ad eundem nunc quoque fontem exiſtentem reſpondet III. Faſtor.

*Defluit incerto lapidoſus murmure rivus*
*Sæpe, ſed exiguis hauſtibus inde bibi.*
*Ægeria eſt, quæ præbet aquas Dea grata Camenis.*
*Illa Numæ conjux, conſiliumque fuit.*

*Venutus.*

OVI-

(1) Luci. lib. I. c. 32.
(2) Plutarch. in Num. p. 70.
(3) Dion. Halicar. lib. II. cap. 74.
(4) In fragment. Livii pag. 46. edit. opt. Durdrecht.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

# OVIDIUS NASO

## INCIS. IN CORNEOLA.

## *TABULA LXXIII.*

OVIDII Naſonis imaginem, iiſdem, ac iis quæ in Gemma, lineamentis ex æreo numiſmate, quod olim extabat in Muſeo Feliciæ Rondaninæ Matronæ Romanæ, protulit poſt [1] Heinſium Bellorius, ac integrum cum averſa parte, in qua caput Menandri Parrhaſii græci hominis, qui illud in memoriam ſummi vatis cudi fecerat, exhibuit Spanhemius, ac idem ſane Poeta imaginis ſuæ gemmæ inſculptæ, mentionem fecit, dum Tomis ad Pontum Euxinum, quo relegatus ab Auguſto fuerat, moraretur. [4]

*Effigiemque meam fulvo complexus in auro*
*Cara relegati, quæ potes, ora vides.*

Duplicem autem ob cauſam infenſum ſibi Auguſti animum reddiderat, tum quia libros de arte amandi conſcripſerat, quorum lectione juvenum animi corrumpebantur, tum quod aliquid nolens, ac per errorem vidiſſet; quid tamen hoc fuerit, incertum prorſus eſt, cum ille ubique reticuerit. [5]

*Perdiderint cum me duo crimina, carmen, & error*
*Alterius fati culpa ſilenda mihi*
*Nam tanti non ſum, renovem ut tua vulnera Cæſar*
*Quem nimio plus eſt indoluiſſe ſemel*

& alibi

(1) In edit. Ovidii.
(2) Vit. Philoſ. Poet. imagin. Imag.57. p.2.
(3) De v. e P.Num. Diſſ.1. p.54.edit.Oxon.
(4) Triſt. lib.1. Eleg.6. v.7.
(5) Triſt. lib.2. v.207.
(6) Triſt. lib.3. eleg.5. ver.49.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

& alibi [6] *Inſcia quod crimen viderunt lumina plectar*
*Peccatumque oculos eſt habuiſſe meum*
[1] *Et quid præterea peccarim quærere noli*
*Ut pateat ſola, culpa ſub arte mea*

Putarunt aliqui [2] errorem, quem innuit fuiſſe, quod Juliam Auguſti filiam amaſſet, falſo Corinnæ nomine celebratam; hoc tamen rejicit [3] Manutius, cum id, non error, ſed ſcelus fuiſſet; præterea juvenis admodum ille Corinnam amavit, & cum ad Getas relegatus eſt quinquagenarius fuerat. Alii exiſtimant [4] vidiſſe Auguſtum cum filia Julia turpiter jacentem, & ſuſpicionem augere viſus eſt Calligula, [5] *qui prædicabat matrem ſuam ex inceſto, quod Auguſtus cum Julia filia ſua admiſiſſet procreatam*; verum neque hoc adprobari poteſt, quia hanc Calligulæ opinionem, M. Agrippæ avi materni ignobilitatem dedignati, *inſectationem* vocat Svetonius, ac Poeta toties hoc ſecretum obiiciendo immitiorem reddidiſſet Auguſtum, quem placare ſtudebat: Obiit inde Tomis Ovidius, & apud Oppidum ſepultus eſt. [6] Ejus ſepulcro ſæculo XVI. effoſſo, inventus eſt calamus argenteus, ſeu potius ſtylus, Ovidii Naſonis nomine inſcriptus, quem, ut ait Ciofanus, Iſabella Joannis Zapulii Hungariæ Regis uxor *plurimi faciebat, & veluti rem ſacram caram habebat*; nec prætereundum eſt, quod in laudem tanti vatis dixit Alphonſus primus Aragonius Neapolis Rex, non tam virtute bellica, quam doctrina clarus, qui [8] *victo captoque Antonio Caldara cum exercitu in Pelignos profectus, cum perveniſſet in locum, unde Sulmo poterat diſpici, percunctatus, an ea, ut ferretur* Ovi-

(1) De Ponto lib.2. Eleg.2. ver.74.
(2) Sidonius carm.29. verſ.157.
(3) Aldus Pius Manutius in vita Ovidii.
(4) Boetius.
(5) Sveton. in vit. Calig. pag.91.
(6) Euſeb. in Chronic. Olympiad.199.
(7) Hercules Ciofanus in vit. Ovidii p.29.
(8) Jo.Pontanus de Principe par. prima operum edit. Aldi pag.90.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

*Ovidii eſſet Patria, & qui aderant affirmaſſent, Urbem ſalutavit, gratiaſque genio loci egit, in quo tantus olim poeta genitus eſſet, de viri laudibus, cum non pauca diſſeruiſſet, tandem famæ ejus magnitudine commotus, ego, inquit, huic regioni, quæ non parva Regni Neapolitani, nec contemnenda pars eſt, libenter ceſſerim, ſi temporibus meis hunc poetam haberem, quem mortuum pluris ipſe faciam, quam Aprutii dominatum. Valeſius.*

# NERO, ET AGRIPPINA

## IN HYACINTHO.

## *TABULA* LXXIV.

LUCIUS Claudius Nero natus Antii A. C. xxxvii xviii. Kal. Jan. patre Domitio Ænobarbo, matre Agrippina, cujus ope imperium adeptus, primo quinquennio optime ſe geſſit; hinc ſtupris cædibuſque omnia miſcens, Urbem incendio vaſtavit; Chriſtianos etiam perſequutus. Mox peſte Urbem vaſtante, multiſque Provinciis deficientibus, a Senatu hoſtis declaratus, Roma fugiens ſe ipſum occidit; in eoque progenies Cæſarum defecit ann. Chr. lxx. v. Id. Jun. ann. Imperii xiv.

Agrippina Germanici filia, Neronis Mater, patruo Nupta, Auguſtæ nomen mox conſecuta eſt, immodicæ ambitionis fæmina, quæ, cum ingentem regnandi pruritum compeſcere non poſſet, filii juſſu interempta eſt. Prima ex Auguſtis æreos nummos a Senatu obtinuit, ſed rariſſimi ſunt; pretioſiores gemmæ,



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

inter quas recenſenda noſtra eſt, quamvis dubia antiquitate a peritis judicetur.

*Venutus.*

# JULIA TITI

## INCIS. IN ACHATE.

## *TABULA LXXV.*

JULIAM Sabinam Titi Auguſti filiam in matrimonium ſibi collocatam recuſavit Domitianus devinctus Uxoris Domitiæ nuptiis,[1] verum poſtea Sabino patrueli locatam perdite amavit, ac Imperium aſſequutus, occiſo levem ob cauſam Sabino, repudiataque Domitia in uxorem duxit, unde Epheſi nuptialia ſacra publice celebrata ſunt referente Philoſtrato,[2] cui neſcio quam ob cauſam fidem abroget Tillemontius, dum idem Domitianus coactam, ut fætum perderet, poculum medicatum ſumere,[4] defunctamque conſecravit, ut ex nummo apud Triſtanum,[5] in quo *Diva* appellatur, ejuſque ſimulacrum cultum in Templo Flaviæ gentis, quod diſerte ſcripſit Martialis.[6]

*Tarpeii ſummi ſaxa dum patris ſtabunt*
*Dum voce ſupplex, dumque thure placabit*
*Matrona dives dulce Julium numen*
*Manebit altum Flaviæ decus Gentis*

De præclara gemma nihil addam, obſervandum ſolum eſt faſtigiatum caput, veluti in metam, quod venu-

(1) Sueton. in Domit. p. m. 180.
(2) In vita Apollonii Thianenſis lib.7. c.7. p.284. edit. Olearii.
(3) Hiſt. des Empereurs t.2. p.47.
(4) Dio Hiſt. lib.67.
(5) Comment. Hiſtoriq. tom.1. p.317.
(6) Lib.9. epigr.2.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

venuſtatem vultus addit, quod etiam inſpicitur in gemmis Leonardi Auguſtini, aliorumque;[1] nos autem putamus hanc comam aſcititiam fuiſſe ſicuti exemplum tradidere antiqui ſculptores in capite Lucillæ apud Hæredes Cardinalis Imperialis Romæ; atque in altero Juliæ Severi ambo in Muſeo Capitolino, a Petronio Arbitro *Corymbon* appellatur, atque a fœminis ferebatur, ut poſſent unum ornatum pro alio ſubſtituere ad majorem vultus venuſtatem.

*Valeſius.*

# ANTINOUS

## IN GEMMA VULGO NICCOLO.

## *TABULA* LXXVI.

ANTINOUS Bithinii ſupra Sangarium amnẽ natus inſignis pulchritudinis adoleſcens Hadriano Cæſari adeo acceptus fuit,[2] ut defunctum muliebriter fleverit,[3] Urbemque veterem Byam in Thebaide, eo loco, quo ille oppetierat, reſtitutam, ab eo denominaverit. Varia tamen fuit opinio quonam genere mortis ille perierit; cecidiſſe forte in Nilum e navicula, ibique demerſum[4] credi ab omnibus volebat Hadrianus, ſcripſitque, & ejus juſſu una cum Cymba tumulatus eſt, ut monuit S. Epiphanius in Anchorato:[5] ὡς ὁ Ἀντίνοος ὁ ἐν Ἀντινόου κεκηδευμένος, καὶ σὺν λουσορίῳ πλοίῳ κείμενος ὑπὸ Ἀδριανοῦ κατετάγη: *Ad hunc modum Antinous in Urbe ſui nominis cum luſorio navigio ſepultus ab Hadriano*

(1) Gemm. Anti. n.160.
(2) Spartian. in Hadrian. p. m. 51.
(3) Xiphil. ub. ſup.
(4) num. 108. pag. 109. edit. Petavii
(5) In Cæſaribus.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

*driano in numerum Deorum relatus eſt*. Alii vero (quod magis conſentaneum eſt) putant Imperatorem ad Magicas artes mactaſſe, quod & dixit Aurelius Victor:[1] *Hadriano cupiente fatum producere, cum voluntarium ad vicem Magi popoſciſſent, cunctis retractantibus Antinoum obieciſſe ſeſe*; mortuus indeque eſt in Ægypto decimo ſexto Imperatoris anno.[2] Mirum vero quam fæda adulatione hujus Principis παιδομανίαν auxerint Græci homines, qui Antinoum conſecraverunt;[3] & cum nova ſtella apparuiſſet, ex ejuſdem anima in cœlum recepta ortam evulgarunt; hinc Templa ubique illi condita, Sacerdotes, Quinquennales, Gymnici, oracula, ludi,[4] ſacra attributa, cultuſque ſub imagine quoque plurium Deorum, ut in nummis videre eſt, præcipue Apollinis, Solis, Bacchi, & Luni,[5] Arpocratis, & Mercurii[6] uti in gemma cui miro artificio ſpecioſiſſimi adoleſcentis effigies inſculpta eſt addito Caduceo: & ſane Bithinii hunc eorum civem quaſi alterum Mercurium, qui natus ferebatur in Arcadia, & Cyllenius inde dictus, ac Antinous quoque origine Arcas erat, cum Bithinium ejus Patria Mantineorum colonia fuerit, ut teſtatur Pauſanias[7] loquens de Templo Mantineæ ab Hadriano in Antinoi honorem condito: οἱ δὲ Βιθυνιεῖς ἀρκάδες τε εἰσὶ, καὶ Μαντινεῖς τὰ ἄνωθεν; *Bithini ipſi ex Arcadia oriundi Mantineenſes olim fuere*. Ceterum voluit Hadrianus ut Antinous inter Deos, & Heroas numeraretur; & hoc Herois nomine inſcribitur in nummis Chorinthiorum, Smyrneorum, Tarſienſium, Julienſium, Nicomedienſium, Bithinienſium,

(1) Chron. Alexandr.. n.13.

(2) Spartian. & Xiphil. ub. ſup. vid. Numm. Nonii Marcelli, pluraque alia Numiſm. apud Spanhem. de U. & P. num. Diſſ.7. Pauſan. lib.8. p. m. 470.

(3) Bonarr. num. Carpin. pag. 27. 37. Spanhem. ub. ſup. Diſſ.5. p.272. edit. rec.

(4) Nicaſius de Nummo Pantheo Hadr. p.1. & 50.

(5) Mediob. ad Num. Imp. p.127. Triſtan. ex Arrian. Peripl. Pont. Eux. tom.1. pag.546. Collectio Num., max. Mod. Regis Galliar. Vaticana. M. Etrur. Ducis, Piſana &c.

(6) In Arcadicis, ſeu lib.8. p.470.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

ſium, Achivorum, Amiſenorum, Ancyranorum, Arcadum, Byzantinorum, Chalchedonenſium, Adrianotliciritarum, Tianorum,[1] ſæpe cum epigraphe ΗΡΟΣ, vel ΝΕΩ. ΠΥΘΙΩ *novo Apollo* & oracula per eum dari aſſerebant.[2]

*Valeſius.*

# ANTONINUS PIUS, ET FAUSTINA
## IN GEMMA VULGO NICCOLO.
### *TABULA LXXVII.*

INCERTUM eſt an Imp. Antoninus Pius ex Fauſtina uxore liberos ſuſceperit, vel ante quam ad Imperium pervenit, vel tempore, quo breviter vixit Fauſtina in Imperio cum viro. Inter numiſmata, Imperator extat in quadriga triumphans, dextera ſceptrum cum aquila, liberos in curru ante ſe collocatos habet, proprios quidem etiam num parvulos ex Fauſtina ſuſceptos, quando ſic moris erat, ut prætextati liberi a parentibus in currum triumphalem aſſumerentur. Non nemo tamen exiſtimat eſſe filios adopticios Annium Verum, & M. Antoninum, de quibus Spartianus:[3] Mortuo Ælio Vero Cæſare Hadrianus, ingruente triſtiſſima valetudine, adoptavit Arrium Antoninum, qui poſtea Pius dictus eſt, ſed ea demum lege ut ille ſibi duos adoptaret, Annium ſcilicet Verum



(1) Patin. Theſ. numiſ. pag.57. & Bonarrot. Medagl. pag.25. qui Nicomedienſium pulcherrimum nummum refert.

(2) Spartian. c.14. Spanhem. ub. ſup. Diſs.7.

(3) In Hadrian. c.24.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Ælii Veri filium, & M. Antoninum fratris uxoris ſuæ ſcilicit filium, qui Aurelius dictus; quod ita factum, ut Antoninus primo adoptatus, L. Verum ſibi adoptare ſit juſſus; ut idem Spartianus:[1] *Ejus* ( enim inquit, ſcilicet Ælii Veri ) *filius eſt Antoninus Verus, qui adoptatus eſt a Marco*. Et Capitolinus.[2] *Adoptionis lex hujuſmodi data eſt, ut quemadmodum Antoninus ab Hadriano adoptabatur, ita ſibi adoptaret M. Antoninum fratris uxoris ſuæ filium, & L. Verum, Ælii Veri, qui ab Hadriano adoptatus fuerat, filium, qui poſtea Verus Antoninus eſt dictus*, ubi legendum videtur: *Et iſte L. Verum*; ex loco ejuſdem Capitolini:[3] Amitæ Marciæ virum, Antoninum Pium, Hadrianus ea lege in adoptionem legit, ut ſibi Marcum Pius adoptaret, ita tamen ut & Marcus ſibi L. Commodum adoptaret: ex quibus credi facile poteſt Antonino, ac Fauſtinæ filios non extitiſſe.

*Venutus*.

# INFANTIS CAPUT

## IN GEMMA VULGO GRANATA EXCISUM.

## *TABULA LXXVIII.*

SÆPE in Cameis obſervantur infantium, vel Geniorum capita, ſed raro eleganti artificio. Pueri erant in Romanorum deliciis, & fortaſſe rem noſtram attingere videtur Herodianus referens detectum fortuito Commodi crudelem animum in Martiam Concubinam per puerum quendam Philo-

com-

(1) In Vero. cap.5. (2) In Antonin. Pio cap.4. (3) In Marco cap.5.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

commodum appellatum, cum ita graphice deſcripſit:[1] ἦν δὲ καὶ παιδίον πάνυ νήπιον, τούτων δὴ τῶν γυμνῶν μὲν ἐσθῆτος, χρυσῷ δὲ καὶ λίθοις πολυτίμοις κεκοσμημένων, οἷς ἀεὶ χαίρουσι Ῥωμαίων οἱ τρυφῶντες: Ideſt interprete Politiano: *Erat autem Puſio quidam infans adhuc, ex ea nota, qui veſtitu cætero nudi, ſed auro, gemmiſque ornati, ſolent delicatiſſimo cuique Romanorum eſſe oblectamento*. Ita quoque Svetonius de Auguſto loquens:[2] *Animi laxandi cauſa, modo piſcabatur hamo, modo talis, aut ocellatis nucibus ludebat cum pueris minutis, quos facie, & garullitate amabiles undique conquirebat, præcipue Mauros, & Syros. Nam pumillos, atque diſtortos, & omnis generis ejuſdem, ut ludibria naturæ, malique ominis abhorrebat*. Etiam Socratem cum Lamprocle parvulo pueriliter luſiſſe, memoriæ prodidit Ælianus:[3] eundem vero in arundine aliquando equitantem irriſit Alcibiades.[4] Mirum ſane! Ageſilaum Lacedemoniorum Regem domi cum pueris equitare in arundine memorant Plutarchus,[5] & Ælianus.[6] Publii Scipionis Æmiliani, & Caii Lelii, qui conchulis, & calculis lectitandis in lictore Cajetano, & Laurentino incumbebant, mentio eſt apud Valerium Maximum[7] & Alexandrum ab Alexandro.[8] Cajum Cæſarem Caligulam nuncupatum pila luſiſſe, cum puer eſſet cum Lucio Cæcilio Grammatico meminit Macrobius.[9] Quid? ſi puerulum in deliciis alicujus, vel filium, vel Genium in hac eleganti gemma excalptum cernimus.

*Venutus*.

PATE-

(1) Lib.1. circ. fin.
(2) In Auguſt. c.83.
(3) Variar. Hiſtor. lib.xx. cap.15.
(4) Valer. Max. lib.8. cap.8.
(5) in Laconic. Apopli.
(6) Var. Hiſt. lib.12. cap.15.
(7) Memorab. lib.8. c.8.
(8) Sen. Djer. lib.3. c.21.
(9) Satur. lib.2. cap.6.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

# PATERA AËREA
## ETRUSCA.
## *TABULA LXXIX.*

HÆc Patera adſervatur Cortonæ in locupletiſſimo Muſeo Coratio, columnis exornatum Proſcenium cernimus, impoſitoque columnis Jonici ordinis epiſtylio, ac Tuſcanico parergo, e majoribus foliis compoſito: Duæ Mulieres ſerie inter ſe alloquentes obſervantur. Inſigniora Tragædiarum themata, Etruſcis maxime nota fuiſſe reor, Oreſtis facinora, fatum Andromedæ, Perſeum Meduſæ interfectorem, Medeam in Jaſonem, & in filios neci datos ſevientem, Thirrenos in Delphines a Baccho converſos, aliaque hujuſce generis argumenta; in quibus elucubrandis forte Volumnius Tuſcarum Tragædiarum ſcriptor magnam nominis celebritatem conſecutus eſt, ut Varro commemorat. In noſtro Muſeo Etruſco, nonnullas Græcorum fabulas in ſepulcralibus urnis retulimus, in quibus ad Græcorum Mythologiam exculptæ videntur. Sed ut redeam ad Pateram Comicam, ſeu Tragicam, adnotandi ſunt galericuli, quos gerunt mulieres in modum pilei Phrygii, qui inde in ſcenam Romanam cum reliquis ornamentis migrarunt.

*Gorius.*

ETRUS-

(1) Vid. Cl. Ficoronii librum le Maſchere ſceniche, e le figure comiche degl'antichi Romani Tab.XI. editum Romæ anno 1736. cum Tab.LXXXIV.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

# ETRUSCA ARULA TRIPES

## EX AERE.

### TABULA LXXX.

EXIMIAM, ac propemodum ſingularem Ornatiſſimi Equitis Corazii Arulam exhibemus. De elegantiſſimo ejus Tuſcanico opificio dubitare neminem poſſe arbitror. Pedes ejus recurvi, qui gryphi ſimillimi ſunt, aliaque inter eos adiecta ornamenta, & folia, quæ adſurgunt ex inferiore coronide, ſerpens miro artificio abſolutus, egregie expreſſus intermittentibus undique maculis, ſtructura denique ipſa, & ingenium, non aliam quam Etruſci opificis manum perſpicue declarant. Suffitibus in honorem illius numinis, cui dedicata erat, adolendis inſerviſſe manifeſtum eſt; nam in ſummo quadratæ menſæ cernitur cratera, odorum capax, qui a ſacra facientibus incendi ſolebant. Quomodo vero ſacra odoramenta ſummis digitis in arula immitti ſolerent, intelligi poteſt ex anaglypho marmoreo, quod adfert Fabrettus,[1] in quo fœmina ſtans ad aram tripodem, Genio ſacra facit. In quatuor menſæ angulis prope crateram inſident quatuor aviculæ, quæ quum incubare, non vero pedibus inſiſtere videantur, forſitan columbas referre poſſunt. Altera avicula arulæ fulcro adrepens ſurſum adſcendere nititur. Si columbæ ſint, erit, ut arbitror, conſentaneum ſuſpicari hanc arulam VENERI GENETRICI ſacram fuiſſe, quam deſignant eædem ſacræ aves, fecundæ generationis indices.[2] Sed quid cum Venere ſerpens colu-



(1) Inſcr. antiq. cap. 5. p. 360. num. XII. (2) Vid. Ælian. de animal. lib. IV. c. 2.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

columellæ, ſeu fulcro ejuſdem arulæ circumvolutus? Nuſquam me legere memini, ſerpentem Veneri ſacrum eſſe; quamvis non negem id fieri potuiſſe. Huic difficultati conſuli poteſt, ſi non columbas, eſſe dicamus, quas haud difficulter repræſentant, uti me monuit idem ſplendidiſſimus Eques Coratius. Quæ cum ita ſint, ÆSCULAPIO potius adſignandum videtur hoc donarium; nam Serpens vigilantiſſimum animal in ejus tutela eſt; eique multis de cauſis tribuitur, uti in Muſeo Etruſco adnotavimus.[1] Cornix vero Æſculapio adſcribitur; quia animal longæuum, quodque hominum quatuor ætates ſuperat: Eaque de cauſa habitum ab Etruſcis optimæ valetudinis ſymbolum, atque ÆSCULAPIO dignum. Hanc avem manu præfert idem Æſculapius, ut oſtendit antiqua gemma penes Fabrettum de Columna Trajani diſſerentem pag.211. quam etiam gemmam illuſtrat Æliani auctoritate. Eandem avem pro ſymbolo datam quoque Hygiæ nuper obſervavi in numiſmate maximi moduli, quod extat in Muſeo Mediceo.

*Gorius.*

HA-

(1) Tab.XXXVII. Muſei Etruſc.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

# HASTA MILITARIS
## EX AERE.
## *TABULA* LXXXI.

HAnc æneam præclariſſimam manum, inſigne munus Marchionis Alexandri Gregorii Capponi, dum Academiæ Lucumo, ſeu Princeps extaret, viriculo æreo incidi curavimus, non ut eleganti forma præditam, cum ævo ſequiori judicetur, quantumvis armillis, anuliſque quampluribus ornata, ſed veluti eximiæ raritatis. Ex elatis, acutiſque unguibus, atque ex foramine, in quo haſta infixa erat ad militum arma referenda duximus: In Legionum inſignibus, quæ obſervantur in numiſmatibus,[1] & in anaglyphis marmoreis[2] manus haſtis infixas cernimus, quæ Cohortium, & Manipulorum erant inſignia. A fœni manipulo prius nomen traxit in militaribus haſtis impoſito, unde Græci manipulos σπεῖρα dixerunt, poſtea in æreas manus verterunt. Manipuli in militia Romana diutiſſime manſerunt, ſed labante Imperio mutavit, & Centurias pro manipulis habere cæperunt. Ceterum non ſolum pro Manipulorum, & Centuriarum inſignibus manus æneæ in uſu erant, ſed ad hoſtes arcendos & inſerviebant, ſicuti ex noſtris elatis ungulis dignoſci poteſt. Immo non ſolum in Romana terreſtri militia manus ferreæ in uſu fuerunt, ſed & in maritima, ſicuti ex Xiphilino percepi dum Actiacam pugnam in Auguſti vita deſcribit, inquiens:[3] *Antoniani Cæſarianos*

(1) Vid. Nummogr. præcip. in Numm. M. Ant.

(2) Vid. Arcum Sept. Sever. in Foro Boario, alioſque.

(3) To.2.p.73. ex verſ. Xilandri Lugd. 1559.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

*nos ad hunc modum celeriter contra ſe venientes percutiebant crebris lapidibus, teliſque in eos conjectis; quod ſi acceſſiſſent propius, manus ferreas injiciebant, quæ ſi opportune cecidiſſent, ipſi ſuperiores erant, ſin minus ſubmergebantur.*

*Venutus.*

# TRICLINIUM ETRUSCUM

## IN URNA FICTILI.

## *TABULA LXXXII.*

TRICLINIA veterum Etruſcorum pretioſis auleis, ſtragulis, lectis pulviniſque ornatiſſima, feſtis encarpis, e lana pulcherrimi coloris compoſitis, unguentiſque delibutis coronata, ſplendide, ac magnifice inſtructa fuiſſe, ex allatis Etruſco ſepulcro, aliiſque monumentis apud Dempſterum facile intelligere poſſumus. Id etiam diſerte teſtatur Athenæus, (1) qui memorat apud Tuſcos bis quotidie ſumtuoſas menſas parari ſolitas, ornatas ſtragulis florido colore tinctis, & omnifariis ex argento poculis, ac magno ſervorum numero, qui decoris, pretioſiſque veſtibus induti convivantibus Dominis adſiſtebant. Præter ſervos fercula miniſtrantes (nam ex menſa cibum cepiſſe Etruſcos, non conſtat ex antiquis ſculpturis: hincque licet arguere, eos voluptuoſiſſimos, ac delicatiſſimos fuiſſe) aderant etiam Pocillatores, quorum imagines alibi prolati ſumus: aderant Saltatores, & Pſaltriæ, Comædi, Mimi, Hiſtriones, Citharædi, & Citha-

(1) Deipnoſophyſt. lib.4. cap.13.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Cithariſtriæ, Symphoniaci, & Poetæ aderant, qui carmina, improviſo enthuſiaſtico furore concepta, qua laude ſemper Etruſci floruere, extantque etiam apud Homerum in Demadoco, & apud Virgilium in Jopa illuſtria exempla, acroamatibus convivas mirifice exhilarabant.

*Gorius.*

# URNA ETRUSCA
## FICTILIS.
## *TABULA LXXXIII.*

NON tantum lampades, tædas, & faces, aliquando duplices, quibus noxios homines urant, puniantve, Etruſci Furiis tribuere: verum etiam contos, haſtas, ſcures, malleos, & gladios, ut videre eſt in adlatis apud Dempſterum monumentis.[1] Furiam tenentem harpen, ſculptam vides in cineraria urnula Etruſca nuptiis adſtantem, quæ ante januam domus, Etruſcorum more, celebrantur. Hæc primum edita eſt apud Dempſterum,[2] ſed in multis pictorem erraſſe, conferentibus patet. Hanc rurſus accuratiſſime delineatam ad me miſit V. Cl. Philippus de Venutis Patricius Cortonenſis, modo Academiæ Regiæ Burdigalenſis Bibliothecarius, Etruſcorum Academiæ decus eximium, penes quem hodie extat. Bonarrotius[3] in id inclinat animum, ut credat, mulierem, ſive puellam alatam in hac fictili Urna expreſſam, in læva adſtantem



(1) Tab.21. n.1. 25.44. 1. 2. Lib.2. n.52. 53. 1. 2. item 84. 1. 5. 6. & 86.

(2) Id. Tab.84. n.1.

(3) Ad Monum. ad Dempſt. §.34. pag.64.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

ſtantem juxta ſponſam, eſſe poſſe *Diſcordiam*, inter Infernalia numina ab Heſiodo enumeratam, quæ demiſſum tenet gladium, vagina nudum: juvenem pariter alatum, qui ad dexteram juxta ſponſum ſculptus eſt, caput habentem ferina pelle contectum, & malles manubrio innixum, arbitratur eſſe Genium, forſitan zelotypiæ præſidem. Hic Deus, uti jam alias obſervavi [1] facile referre poteſt *Picumnum*, vel *Pilumnum*, cum viri, tum uxoris Genium; hos enim Varro, apud Nonium Marcellum, vocat *Deos Conjugales*, quibus in Ædibus lectus ſternebatur. Iidem etiam Dii vitæ præſides, & cuſtodes habiti ſunt: qui, ne Mars Silvanus in domum irreperet, &, ut opinabatur, pueros recenter natos vexaret, ad tutelam domus, ante fores ſtatuebantur, erantque tres, uti alias diximus: quorum primus limen ſecuri, alter pilo feriebat, tertius vero ſcopis everrebat. Deus Silvanus prohibebatur intrare, quia neque arbores ceduntur, ac putantur ſine ferro, neque far conficitur ſine pilo, neque fruges coacervantur ſine ſcopis. Ab his autem tribus rebus tres nuncupatos Deos *Intercidonem* a ſecuris interciſione, *Pilumnum* a pilo, *Deverram* a ſcopis, quibus Deis cuſtodibus contra vim Dei Silvani fæta conſecrantur.

*Gorius.*

LUCER-

(1) Muſ. Etruſc. Tab. x. xI. pag. 37.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

# LUCERNA CHRISTIANORUM
## FICTILIS.
### TABULA LXXXIV.

PRÆCLARISSIMÆ hujus lucernæ ſchema vidimus etiam Romæ in Muſeo Collegii Romani PP. Soc. Jeſu, quampluribus, ſingularibuſque monumentis referto, curante Cl. atque Eruditiſſimo P. Contuccio ejuſdem Muſei Præſide, & Acad. noſtræ ſocio. Monogramma in noſtra Lucerna unionibus per globulis expreſſis ornatur, in circuitu vero capita XII. Apoſtolorum. Sæpe in veterum Chriſtianorum Muſivis Chriſtus cernitur ſuis circumdatus Apoſtolis,[1] ſed hoc in alia non vidimus lucerna. Apud Equitem Hieronymum Odam Amicum noſtrum Acad. ſocium Eruditorum damno paucis ab hinc annis fato functum, vitreum vidimus fragmentum veterum Chriſtianorum, in quo Jeſus Chriſtus juvenili vultu in medio eſt poſitus, in circulo vero XII. Apoſtolorum effigies indutæ pallio cum Epigraphe PETRVS. CVM. TVIS. OMNES. ELARES. PIE. ZESES. quod legitur:[2] *Petrus cum tuis omnibus hilaris pie Zeſes*: adnotandum quoque eſt, Petri nomen adpoſitum fuiſſe circa primam in ordine effigiem, ad innuendum non tantum nomen poſſeſſoris vitrei cyati, ſed XII. etiam Apoſtolos ex hoc innuit, fuiſſe in vaſe inſculptos. Noſtra lucerna pro Chriſti vultu ejus habet Monogramma ornatiſſimum, ex quo antiquiorem eam puto vitreo vaſculo. Ex Chriſti nomine in lucerna adpoſito in mentem

ſubeunt

(1) Vid. Ciamp. Mon. vet. Eccl. nov. edit. Arringh. Tom.2. lib.8.p.549. edit.Bottar. p.56. Bonarr. de vetr. de Cimit. tav.9. tav.20. fig.2.
(2) Gor. in Præfat. ad Poem. Sannaz.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

ſubeunt ea, quæ idem met Jeſus Chriſtus dixit:[1] *Ego ſum lux mundi, qui ſequitur me non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ*: Inde Zacharias Propheta vocavit eum *Orientem*:[2] *Ecce enim ego adducam ſervum meum Orientem*: Ceterum dictus quam ſæpiſſime fuit *Lumen*,[3] *Lux vera*,[4] *Lux magna*,[5] *ſempiterna lux*,[6] *Sol Juſtitiæ*.[7] Apoſtoli quoque ab ipſo Legislatore Jeſu Chriſto eodem modo nuncupati fuerunt: *Vos eſtis lux mundi*;[8] Fideles vero ut habemus in D. Pauli epiſtolis *filii lucis* dicebantur:[9] *Omnes autem vos filii lucis*, & alibi. Demum finem imponam cum verbis ipſius Gentium Doctoris:[10] *Deus qui dixit de tenebris lucem ſplendeſcere, ipſe illuxit in cordibus noſtris ad illuminationem ſcientiæ claritatis Dei in facie Chriſti Jeſu*.

In his lucernis, quæ partim fictiles, partim æneæ in cemeteriis reperiuntur Chriſtiana Symbola nonnulla reperiuntur, puta Columba, aut Monogramma Chriſti. Harum icones plerique ediderunt, quas ſi oculis perluſtrare cupis, adi Boſium, Arringhium, Bellorum, Licetum, Cauſeum, Paſſerinum, alioſque qui de veterum Lucernis ſcripſere.

*Venutus*.

CHRI-

(1) S. Jo. cap.8. v.12. & cap.1. v.4.
(2) Cap.3. 8. & cap.6. 12.
(3) Luc. cap.2. v.72.
(4) Cap.1. v.4. & ſeq.
(5) Cap.9. v.2.
(6) Cap.4. v.13. & ſeq.
(7) Cap.LX. v.19. & 20.
(8) Cap.4. v.12.
(9) Cap.1. v.10. S. Matth. cap.5. v.5.
(10) Ad Theſſalonic. cap.5. v.5.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

# CHRISTIANORUM LUCERNA

## *TABULA LXXXV.*

PISCATOR cum Hamo, rete, ac piſciculo cernitur in hac fictili lucerna. Chriſtianam religionem amplectentibus indiderunt veteres nomen *piſciculorum*; illudque ortum traxerat, ex eo quod in Evangeliis legerent fuiſſe a Chriſto *piſcatores hominum* Apoſtolos appellatos, comparatamque ſagenæ Eccleſiam, quæ ex omni genere piſcium congregaret. Qua propter Clemens Alexandrinus hortatus Chriſtianos in Pedagogo eſt, ut qui anulos ferrent, hi piſcis figuram in illis inſculpi curarent, [1] ne ſuæ originis obliviſcerentur. [2] Neque vero in anulis ſolum, atque lucernis, [3] ſed etiam in urnis ſepulcralibus hanc eandem figuram Chriſtiani veteres exprimebant; [4] quo quidem ſigno plerumque fit, ut noſtrorum ſepulcra diſtingui a ſepulcris Etnicorum poſſint. Eoque facilius inducti fuerunt, quo vocem Græcam ΙΧΘΥΣ, quæ piſcem ſignificat, conflatam eſſe ex initialibus litteris appellationis *Jeſu Chriſti Filii Dei, ſervatoriſque noſtri* perſpicerent. Quamobrem in aliquot ſepulcris, non piſcis figura modo, ſed etiam litteræ, quibus vox ΙΧΘΥΣ componitur inſculptæ cernuntur [5]; cujus quidem rei præclara ab Antonio Lupio S. I., & a Cl. Eq. Franciſco Victorio Academiæ noſtræ Socio afferuntur exempla. [6] Manavit enim uſus, ut aliquorum fert opinio, ex eo etiam carmine, quod *acroſtichus* dicitur, adſcribe-

*Muſ. Cort.* Hh batur-

(1) Lupius Diſſ. Severæ Martyr. pag. 68.
(2) Vid. Gemm. Muſ. Victor.
(3) Vid. Arringh. Rom. ſubt.
(4) Lupius loc. cit. Boldettus &c.
(5) Fabret. & Boldett. oſſer. ſopr. i Cimit. lib. 1. cap. 14. pag. 58.
(6) Loc. cit. Victor. de Monogramm. Chr. aliiſq. oper.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

baturque Sybillæ Erithrææ, propterea quod initiales verſuum litteræ collectæ hujuſmodi voces forment ΙΗΣΟΥΣ ΧΡΙΣΤΟΣ. ΘΕΟΥ. ΥΟΣ. ΣΟΤΗΡ, *Jeſus Chriſtus Dei Filius Salvator*, rurſum harum initialibus componitur vocabulum ΙΧΘΥΣ, hoc eſt piſcis, ut paulo ante diximus.

Quo ad vitem pro corona in lucerna adpoſitam, omnibus notum eſt, proprium eſſe Chriſtianorum ſchema, alludens ad illa Chriſti verba: *Ego ſum vitis vera, vos vero palmites*. In quadam Aquilejenſi veteri pictura, inter cætera, conſpicitur Chriſtus cruci adfixus variis circumdatus vitis palmitibus.[1]

In lucernæ averſa parte Crux gemmis ornata cernitur, quod & vidimus in altera Muſei Victorii.[2] Crucem auro, & pretioſis lapillis contextam a Conſtantino Magno in penetralibus Domus Auguſtæ poſitam, memorat Euſebius in vita ejuſdem Imperatoris, & eam pariter gemmis ornatam ceteri Auguſti in nummis aureis, atque argenteis perſæpe cudebant.

Crucis ſignum in gemmis, & anulis Chriſtianis olim inſculptum fuiſſe etiam cernimus; de quo vetuſtiſſimo more unum tantum Euſebii locum hic adferam. Is ergo Lib. VI. Demonſtrationis Evangelicæ, ut oſtendat prophetias de Chriſti adventu, & ejus morte jam pridem adimpletas, Chriſtianos in anulis pro ſymbolo *ſalutare ſignum*, ideſt *Crucem* geſtare tradit. *Denique*, inquit, *poſt omnia hæc quis inſpiciens omnes quoſcumque in Chriſti fidem venerunt* SALVTARI SIGNO PRO ANVLI NOTA VTENTES *non merito obſtupeſcat ſi audiat tanto ante ipſum Dominum dixiſſe: Et venient, & videbunt gloriam meam, & relinquam in eis ſignum*.

*Venutus*.

IN-

(1) Bartoli delle Antich. d'Aquileja in col. oper.

(2) Num. ær. vet. Chriſt. pag. 40.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

# INDEX
## RERUM NOTABILIUM.

### A

ABraxæ Gnoſticorum gemmæ, quomodo inſculptæ. Pag. 52. 54
Achillis concordia cum Agamemnone 71
—— interitus. 72
Æneæ cum Cerbero congreſſus. 48
Ægeria nimpha, & Fons. 102
Agrippinæ minoris ambitio. 105
Ajacis virtus. 73
Alexandri M. imaginum virtus. 92
Anculi, & Anculæ, quæ. 22
Antonini Pii Imp. genus. 109
Antinoi mors qualis fuerit. 107
—— ſub variis numinibus cultus. 108
—— nummi ejus honore percuſſi. 109
Amor ludens cum Ganimede. 37
Amazones, quæ. 65
Aquila Jovis aſſecla. 32
Ara Etruſca. 113
Arati Poetæ nummus. 99
Aruſpex Etruſcus. 92

### B

BAcchus barbatus. 12
—— a Muſis educatus. 45
—— & a Nimphis. 16
—— Ejus Statua Athenis. 16
—— Templum Cortonæ. 12
—— Cornua. 13
—— Tauriformis. 16
—— Inter Deos conſentes. 16
—— cum vultu ridenti. 14
Bacchantium veſtes. 17
—— veſtes ſericæ. 81
—— veſtem gerebant talarem. 82
—— Feſtivitates. 73
Boni Eventus Templum. 61
—— Ejus effigies in nummis. 16

### C

CAlathus Serapidis quid ſignificat. Pag. 29
Cham an idem ſit & Jupiter. 30
Cerberus. 42
Ceres Dea Terreſtris. 40
Cereris Eleuſinia. 73
—— Sacerdos. 90
Chimeræ deſcriptio. 66
Ciconia in gemmis, & nummis quid. 62
Columbæ Veneri Sacræ. 113
Cornix Æſculapio Sacra. 113
Cortona inter XII. Etruriæ Urbes. 1
—— Thyrreniæ Metropol. In Præfat.
Corvus. 35
Cycni qualitates. 39

### D

DEa Cœleſtis. 32
—— Apud Carthaginem culta. 33
Dedali opera. 67
Delphinum Amoris ſignum. 39
—— eorum Deſcriptio. 56
Diomedis virtus. 74
Dioſcuri fratres. 68

### E

ETruſcorum magnificentia in Ædificiis. 4
—— Tragediæ nonnullæ. 112

### F

FAbulinus Deus Infantium. 20
Fauſtinæ minoris genus. 109
Fauſtulus. 75

Fauni,

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Fauni, qui. Pag. 15
Ficus Ruminalis. 75
—— Navia. 76
Fides Militaris. 70
Formica Solis ſymbolum. 40
Fortuna. 55
—— ejus Templa Romæ. 57
—— Bona, & Mala. 16
—— ejus potentia. 58
—— Una ex Parcis. 80
—— ejus Ara. 59
Fulmina quomodo inſculpta. 9
—— Marti tribuuntur. 44

# G

GAlea cur tribuatur Mercurio. 44
Genii velut angues effícti. 19
Gnoſticorum Doctrina. 53
Gryphus animal Etruſcorum. 26

# H

HAdriani Imp: Amor. 108
Haleſus, qui. 25
Haſta Militaris Romana. 115
Hercules Cerberum domans. 47
—— Diſſidia cum Apolline. 48
—— Leonem domans. 49
Hyæna animal ferociſſimum. 80
Hygia Æſculapii filia. 109

# I

JAculatores Africani. 27
Jao, quid ſignificet. 52
Icari fuga. 67
Jesu Christi nomen Græcum. 121
Julia Titi Imp. filia. 106
Juno Feronia. 10
—— Hera, Cupra, Siſpita. 16
—— Cinxia. 20
Juppiter Summanus. 9
—— Anxur. 16
—— Ammon. 30
—— Milichius, Icelius. 31

# L

LAbyrinthi Cretenſis deſcriptio. 67
Lallus Deus Infantium. 20
Liber, & Bacchus pro Noacho, & Chriſto habiti. 17
Leo Nemæus. 49
—— Signum cœleſte. 16
—— Solis ſymbolum. 50
—— ejus qualitates. 27
Leontica, quæ. 28
Lupa Romuli nutrix. 75

# M

MAnus Manipulorum inſigne. 115
—— ferreæ, quæ. 116
Mars dictus etiam Terror. 43
—— Belli fulmen. 44
Marſya Flumen, Urbs, Faunus. 34
Meander fluvius. 34
Meduſæ caput. 66
Mercurius eloquentiæ Deus. 71. 96
—— Pacis, & Veneris auctor. 96
—— Ejus haſta. 41
Mimi Etruſci, qui. 26
Mitra Muliebris, quæ. 84
Menſæ Etruſcæ deſcriptio. 116
Modius, quid ſit. 93

# N

NEro Marſyam in anulo gerebat. 34
—— ejus ſævitia. 105
Numa Pompilius. 101
—— Sacerdotes inſtituit. 102
—— Ejus leges. 105

# O

OFficia ſervorum Etruſcorum. 116
Ovidii Naſonis effigies. 103
—— Exilio quare ab Auguſto mulctatus. 16
—— Ejus ſepulcrum ubi repertum. 108

Papi-

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

# P

PApilio Animæ ſymbolum. Pag.51
Pateræ etiam apud Etruſcos. 112
Penula cucullata, quæ. 91
Picus avis Martia. 78
Pietas quomodo efficta. 61
—— Ejus Templa. 92
Piſcis in anulis Chriſtianorum. 121
Priapus hortorum Deus. 92
—— Idem ac Sol, Vertumnus, Silvanus. 23
—— Ejus virtutes. 23
—— Vinearum cuſtos. 24
Providentia. 51. 53
Ptolemæi Soteris nummi. 100
Pueri in Gemmis frequentes. 100
—— In deliciis Romanorum. 111
Puſiones, qui. 123

# R

ROmuli cultus. 77
Romæ Templa, quæ. 79
Romanorum licentia. 113

# S

SAcrificium M. Aur. Imp. 87
Sacerdos Cereris. 90
—— Ruſticus. 91
—— Ruſticus Priapi. 27
Saltatio Pantomimica. 86
Saltatores Mimici. 85
Salus Æſculapii filia. Pag.88
—— eius Sagrificium. 29
Satyri, qui. 15
Serapidis cultus. 94
Servi Etruſci, & eorum officia. 116
—— Eorum Deus. 21
Serpens Hygiæ, & Æſculapii. 117
Sepulcri Etruſci deſcriptio. 4
Sol Juſtitiæ Chriſtus. 118
Solonis imago, leges, ætas. 97. 98
Stellæ Dioſcurorum. 69
Suffimenta, quomodo adhibita. 113

# T

TEſtudo cur tribuatur Mercurio. 42
Triclinium Etruſcum. 48
Tripos Delphicus. 116

# V

VErtumni Templa Romæ. 46
Venus Marcia. 18
—— Morphus. ibid.
Veneris pomum. 38
Victoriæ habitus. 64
Vindemia, quomodo fiebat. 15
Vindemialia Feſta. 16
Vitis Chriſtianorum Symbolum. 122

# X

XEnoclea Phæbi Sacerdos. 49

*FINIS.*



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

# *Errata ſic corrigito.*

| | | |
|---|---|---|
| Pag. 3. | lin. 1. & alib. equant, | æquant. |
| 4. | 15. ingenii, | ingenium. |
| 5. | 9. longitudine, | longitudinem. |
| 16. | 13. noni, | non. |
| 22. | 15. mineſtrare, | miniſtrare. |
| 24. | 12. cultum, | cultus. |
| 25. | 3. veſtis hæc, | veſtem hanc. |
| 16. | 19. inſculptum, | inſculptam. |
| 27. | 13. Leonem proſilientem inſignitum, | Leo proſiliens inſignitus. |
| 28. | 22. Gryphis, | Gryphi. |
| 32. | 20. Nummis, | Numinis. |
| 35. | 6. ramum, | ramus. |
| 39. | 22. Lesbidam, | Lesbida. |
| 41. | 14. virga, | virgam. |
| 42. | 23. depas centes, | depas centem. |
| 56. | 25. ſtatuebant, | ſtatuebantur. |
| 61. | 27. obſervandum rariſſimum nummum, | obſervandus rariſſimus nummus. |
| 62. | 15. inſtrumentum, | inſtrumento. |
| 63. | 10. filium, | filius. |
| 63. | 23. ipſa, | ipſam. |

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

# VRBIS CORTONAE ETRVSCA MOENIA




*Mensura Brach. Florentinor X.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




SEPVLCRI·ETRVSCI·CORTON·PARS·INTERNA·EX·MAGNIS·LAPIDIB·
CONSTRVCTA·

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




EIVSD. SEPVLCRI. PARS. EXTERNA. ET. LATERALIS.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

4



*ex Ære in Academia Etrusca*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




IDOLVM.ETRVSCVM.EX.AER.IN.MVSEO.CORATIO

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




IVNONIS·ICVNCVLA·EX·AERE·IN·MVSEO·CORATIO

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute



BACCHVNS. ETRVSC. DEVS. EX. AERE. APVD. EQ.
GALEOTTVM. CORAZZI. CORTON.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute



*Bacchus nobiliſsimo artificio ex Ære, inuentus in Agro Cortonenſi prope Castrum Veliani menſe Ianuarij 1748.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




*Cortonæ ex marmore apud nobileſ de Venutiſ .*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

# BACCHANS



*Fragmentum fictile*

*In Muſeo Marchionum de Venutis*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




VENVS . ETRVSCA . EX . AERE . IN . MVSEO . CORATIO .

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute



DEA·ETRVSCORVM·IGNOTA·EX·AERE·IN·MVSEO·CORATIO

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

13

# Idola Etruſca



Ex Aere in Academia Etrusca

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Ex Aere in Academia Etruſca

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Ex Aere in Academia Etruſca

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute



Cortonæ ex museo Marchionum de Venutiſ
ex marmore

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute



MILES.ETRVSCVS.EX·AERE APVD.EQVIT.CORATIVM

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

18

HISTRIONES. ETRVSCI



*Ex aere in Museo Cor.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




*In eodem Museo*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute



Scala di Braccio Cort.$^{se}$

*Anaglyphum Aegyptiacum ex Marmore apud March. de Venutis*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




*Ex aere in Museo Equit. Corazii*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

APOLLO.ET.MARSIA



Incis. in Achate

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

APOLLINIS. SYMBOLA

*In Smaragdo In Acad. Etrus.*

26



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




*In Corneola*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute



35

BACCHVS · A · NVTRICI-
VLNIS · ELATVS · IN · ACHA-
TE · VARIEGATA · IBID

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute



HERCVLES · CERBERVM
DOMANS · IN · CORN · AP ·
MARCH · DE · VENVTIS ·

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute



In Corneola in Museo Coratio

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute



LEO · PAPILION ·
ORE · FERENS ·
*In · Corneol · in · Acad · Etrus ·*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute



PROVIDENTIA.
*Incis. in Achatè.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

FORTVNA DELPHINO INSISTENS.

*Incis in Achate*

42.



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute



MILITES · FIDEM · SESE ·
MVTVO · PRAEST · IN · ACHAT
VARIEC · IN · *Acad* · *Etrus* ·

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute



ACHILLIS · INTERITVM
IN · CORNEOLA · IBID ·

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute



DIOMEDES · IN CORNEOLA
APVD · MARCH · MARCEL-
LVM · DE · VENVTIS ·

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




*Incis: in Corneola*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute



Ex Achate in Museo Coratio

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute



SACERDOS · RVSTICVS ·
in · Calce d · AP · RODVLPH ·
VENVTI · CORTON ·

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




*Incis. in Corneola*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Ex Aere in Museo Equitis Corazzi

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute



Ex Aere in Museo Equitis Corazzi

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute



81

HASTA MILITARIS

*Ex Ære*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




TRICLINIVM . ETRVSCVM . IN . VRNA . FICTILI . AP . EQ . CORATIVM .

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




VRNA·ETRVSCA·FICTILIS·IN·MVSEO·MARCH·DEVENVTIS·

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute



*Fictilis in Acad. Etruſca*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

CHRISTIANOR. LVCERNA





*Fictilis in Acad. Etrusca.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute